diffinitione: ꝓprie aũt cõiter. Unde significare ꝓprie est significare cũ qualitate ꝓpria. Significare autẽ cũ qualitate ꝓpria est significare tñ vnã rem sic ꝙ nõ plures vniuoce ꝛ diuisim vt sunt noĩa ꝓpria. Significare aũt cõiter est significare cũ qualitate appellatiua. Significare autẽ cum q̃litate appellatiua est significare multas res vniuoce ꝛ diuisim. vt homo aĩal: similiter alij termini cõmunes. Et per istã particulã excludit participiũ: qd̓ non ſcat cũ qualitate ꝓpria vel appellatiua. In fine aũt diffinitiõis ponit significans: ꝓpter euitare appellationẽ que impediuisset bonitatẽ diffinitionis. vnde non est idẽ dicere ſcare corpus ꝛ corpus ſcare. Patet significare em̃ corpus est significare aliquid sub rõne corporis. ratio aũt corporis est esse genus subalternũ ꝛ sic ioãnes homo petrus non significarẽt corpus: ex q̃ nõ sũt genera subalterna. ꝛ sic hoc nomen corpus significat corpus: quia corpus est primũ genus subalternũ Sed corpus significare est significare rem grossam visibilem palpabilẽ et sensu exteriori ꝑceptibilẽ. vt homo animal lignũ sic ſcant corpus. Et si dr̃ tamen noĩa ꝛ verba trãsposita idẽ ſcant. ergo idẽ erit dicere ſcare corpus ꝛ corpus significare. Dico verũ est nõ variata appellatione: mõ hic variatur appellatio. Cum em̃ dicit ſcare corpus est appellatio cum aũt dicit corpus ſcare non est appellatio.

Notandũ quarto ꝛ vltimo. ꝙ q̄ partes orationis distinguũtur ꝑ modos ſcandi. oportet intelligere in gñe qd sit modus ſcandi. Uñ notãdũ ꝙ modus ſcandi est duplex: actiu⁹ ꝛ passiuus. Modus ſcandi passiu⁹ est ꝓprietas rei ꝯsignificata per vocẽ: vt ledere pedẽ est modus ſcandi passiuus hui⁹ dictionis lapis ꝛ talis modus ſcandi passiu⁹ non est de ꝯsideratiõe grãmatici sed potius philosophi naturalis. eiusdẽ em̃ artificis est ꝯsiderare rem ꝛ ꝓprietates rei: vt dr̃. ij. phisic. modo philosopus naturalis habet ꝯsiderare res naturales ergo etiã hʒ ꝯsiderare ꝓprietates rerũ naturaliũ. Sed modus ſcandi actiu⁹ est modus vel ꝓꝓetas vocis ab itellectu sibi cõcessa qua mediãte ꝓꝓetatẽ rei ꝯsignificat: vt gen⁹ masculinũ hui⁹ noĩs lapis est modus ſcãdi actiu⁹ et proꝓetas huius dcõnis lapis: eo ꝙ mediãte gñe masculino ꝓꝓetatẽ rei ꝯsignificat: vt illam ꝓprietatẽ q̃ est ledere pedẽ dr̃ em̃ lapis quasi ledẽs pedẽ. Et ille modus ſcandi actiu⁹ est duplex. s. eẽntial' et accidẽtalis. Essentialis est q̄ est de eẽntia alicuius ꝑtis vt significare ꝑ modũ entis est modus significãdi essentialis noĩs ꝛ est duplex. scʒ generalis ꝛ specialis. Generalis est q̄ in pluribus ꝑtibus repitur q̃ʒ in vna vt significare per modũ entis repitur in noĩe et etiã in ꝓnoĩe. Similit̓ significare per modũ fluxus et fieri est modus significãdi gñalis verbi et participij. Dicit etiã hic modus ſcandi materialis. q̄ sicut in materia entia materialia cõueniũt. omniũ enim gñabiliũ ꝛ corruptibiliũ eadẽ est materia: vt dicit ꝑmo de gñatione. ita etiam per talẽ moduʒ ſcandi vna pars non distinguit ab alia sed potius plures ꝑtes in illo ꝯueniũt.

Specialis autẽ est qui tantũ reperit in vna parte orationis ꝛ per quem vna pars orationis distinguit ab alia: vt significare ꝑ modũ determinate apprehensiõis est modus significandi specialis ipi⁹ noĩs et ꝑ istum nomẽ distinguit a ꝓnoĩe. q̄ ꝓnomẽ significat ꝑ modũ determinate apprehensionis. Et ideo hic modus significãdi etiaʒ formalis dicit: q̄ forma est q̃ separat ꝛ distinguit naturaliter. Modus ſcandi accidẽtalis est qui non est de essentia partis: sed accidit parti. vt est qualitas cõparatio. Et est duplex. s. absolutus ꝛ respectiuus. Absolutus est quo variato non variatur ꝯgruitas: vt est qualitas figura. sicut em̃ hec est cõgrua: homo currit. silr̃ ista. iohãnes currit: et tamẽ hic variat qualitas: in ꝑma est qualitas appellatiua in scd̓a qualitas ꝓpria Sed respectiuus est quo variato variat cõgruitas: vt est casus numerus ꝑsona. hec em̃ est cõgrua homo currit. hec aũt incõgrua homĩs currit: in quib⁹ orationib⁹ variat. casus Mod⁹ ſcãdi aũt noĩs eẽntial' ẽ iste ſcare ꝑ iste modũ entis ꝛ determiãte apprehensiõis. Pro q̃ intelligẽdo sciẽdũ. Significare ꝑ modũ entis est ſcare ꝑ modũ habitus ꝛ ꝑmanentie. Significare aũt per modũ habitus ꝛ ꝑmanentie est signficare rem in facto esse et nõ in fieri vt domus est nomen ꝛ significat domũ non vt est in fieri sed vt est in ꝑfecto et cõpleto esse. Alij tamẽ dicunt ꝙ ſcare per moduʒ entis est significare substantiã. substantia em̃ est veꝝ ens. quo modo aũt accipitur substãtia cũ dicitur ꝙ nomen significat substantiã patebit inferius. Significare autem ꝑ modũ determinate apprehensionis est significare rem scd̓m certũ modũ intelligendi ꝛ in certo ꝛ determinato genere entis. ens aũt dicitur esse in certo genere per suã essentiã ꝛ formã. forma em̃ est que locat rem in genere ꝛ specie. Genera aũt entis vt ad ꝓpositũ sufficit sunt decem. aliqd̓ em̃ est ens qd̓ est substãtia vt homo. aliqd̓ accidens: vt albedo. aliqd̓ ens in anima vt cõceptus rei. aliqd̓ ens extra animã. vt lapis aliqd̓ est ens qd̓ est habitus vt visus. aliqd̓ est ens qd̓ est ꝑuatio vt cecitas. aliqd̓ est ens verũ vt asinus. aliqd̓ est ens ymaginariũ: vt chymera. aliqd̓ est ens in actu vt celuʒ. aliqd̓ est ens in potentia vt antichristus. Dicũtur aũt ista decẽ genera entis pro tanto. quia oĩe qd̓ cadit sub ente in aliquo istorum includitur.

Istis notabilibus sic stantibus est ꝯclusio rñsalis. Diffinitio noĩs a do. posita est bñ assignata. Probat oĩs diffinitio ẽ bñ assignata q̃ dat ꝑ gen⁹ ꝛ differẽtiã et facit diffinitũ differre a quolibʒ nõ ꝯtẽto sub diffinito. sʒ diffinitio noĩs est hmõi igit. Maior ẽ boetij in libro diffinitionũ. Minor q̄ ꝓ genere ponit pars orationis: ꝓ differẽtia aũt ponunt alie ꝑticule sequẽtes. silr̃ per istam diffinitionem nomẽ distinguit ab alijs partibus orationis quare conclusio vera.

Ar primo. Diffinitio nominis non valet. Probatur. nulla diffinitio bona debet dari per disiunctionẽ. sed ista datur per disiunctionẽ ergo. Maior est aristo. vj. thopic. Minor. quia in diffinitiõe dicitur ꝯ ꝛ

pus aut rem. Dico verū argumētū cōcludit ꝙ nulla bona diffinitio essentialis ⁊ quiditatiua debet dari per disiunctionē. sed diffinitio accidētalis ⁊ descriptiua potest dari per disiunctionē q̄lis est diffinitio nois. Sequit̄ correllarie ꝙ recte donatus fecit ponēdo diffinitiōes accidentales partiū orationis. Rō. qꝛ diffinitiōis quiditatiue ptiū oratiōis ꝑ modos ꝯcandi sunt difficiles: diffōnes autē accn̄tales sunt faciliores. eo ꝙ accidētia notiora sunt quiditatib⁹ ⁊ substantijs. vt ptꝫ p̄mo de aia: accidentia magnā partē ꝯferunt ad cognoscendū ꝙ quid est. modo donat⁹ fuit in formator iuuenum. ergo ex facilioribus processit.

Ar̄ Scd̄o Aliqđ est nomē qđ nō significat cuꝫ casu. ergo diffinitio nō valet. Tenet ꝯn̄a. qꝛ diffinitio debet conuenire cuilibet contento sub diffinito. An̄s ꝓbat̄. qꝛ nomē aptote forme est nomē ⁊ nō significat cū casu. Assumptū pro p̄ma parte notū est. Sed ꝓ scd̄a parte ꝙ nomē aptote forme nō significat cū casu. qꝛ đr ideo aptote forme. qꝛ est sine casu ab a qđ est sine ⁊ ptotos quasi sine casu. Dico verꝫ argm̄ cōcluderet si nomē ideo diceret̄ aptote forme. qꝛ nullū haberet casuꝫ. sꝫ dicit̄ aptote forme: qꝛ nō hꝫ oēs casus sub vna terminatiōe: nec sub plurib⁹: sed tantū hꝫ vnū casuꝫ. vt spōte habet tm̄ ablatiuū. vel etiaꝫ qꝛ habet tres cas⁹ sub vna terminatione: vt nephas qđ est generis neutrius sil'r phas.

Ar̄ Tercio. Verbū significat cū casu: ergo diffinitio nō valet. Probatur in ista oratiōe homo currit: in qua hoc verbū currit significat cū casu. Probat̄. qꝛ hoc v̄bū currit significat cū isto nt̄o hō. modo hō est alicuius casus. Dico verꝫ argm̄ ꝯcludit ꝙ in ista orōne hō currit hoc v̄bū currit ꝯcat cū casu associatiue. i. ꝯcat cū aliqua dictiōe q̄ est alicui⁹ casus sed nō existenter. modo cū in diffinitiōe nō debet capi associatiue sed existenter vt tm̄ valeat nomē ꝯcat cum casu id est existit alicuius casus.

Ar̄ Quarto Aliquod est nomē qđ nō significat corp⁹ aut rem. igitur diffinitio est insufficiēs. Probat̄. qꝛ chymera est nomē ⁊ nihil significat. ꝙ chymera sit nomen notū est. sed ꝙ nihil ꝯcat. qꝛ chymera nihil est. si ergo chymera nihil significat. ergo nec significat corpus nec rē Tenet ꝯn̄a a sup̱iori negato ad inferius. Dico verꝫ argm̄ ꝯcludit ꝙ hoc nomen chymera similiter alia noīa ficta nō significāt corpus aut rem directe: tm̄ indirecte. qꝛ significat illud qđ ꝑ partes sue diffinitiōis exp̄mit̄: vt caput virgineū ventrē leonū ⁊ caudā serpentinā Vel etiā possumus dicere qđ licet noīa ficta non significāt rem verā tamē sufficit ꝙ significant rē imaginabilē ⁊ q̄ potest imaginari. Correllarie seqtur ꝙ impossibile est significabile. licet non significatione directa tamen sufficit ꝙ indirecta patet de isto termino chymera: chymeream esse est impossibile tamen hoc est significabile.

Ar̄ Quinto. Aliqua sunt noīa q̄ nec significant corpus nec rē. igit̄. Probat̄ de istis noībus albedo nigredo: ꝙ nō ꝯcant reꝫ patet ex notabil b⁹. sed ꝙ nō ꝯcāt corp⁹. ꝓbat̄. qꝛ corp⁹ est ens ꝯpositū ex materia ⁊ forma sed albedo ⁊ nigredo dicunt formā tantū. modo omnis forma ē simplex. vt dicit Gilbert⁹ porritan⁹ autor sex p̄ncipiorꝫ. Dico veruꝫ argumentū ꝯcludit ꝙ corpus ꝓp̄e sumptū est ens cōpositū ex materia ⁊ forma. sꝫ hic corpus capit̄ cōiter ꝓ omī illo qđ pōt ꝑcipi sensu exteriori: ⁊ sic albedo ⁊ nigredo in ꝓposito dicūtur corpus significare.

Ar̄ Sexto. Aliqđ est nomē qđ nō ꝯcat cū qualitate. igit̄ Probat̄. hoc nomē deus nō ꝯcat cū qualitate Probat̄ sic. qꝛ qualitas est accn̄s sed in deū nullū cadit accn̄s. igit̄. Maior est nota. qualitas em̄ est accn̄s nois. Minor est aristo. xij. metha. vbi on̄dit ꝙ deus est actus purus: mō actus purus excludit om̄e accn̄s. Dico verꝫ argumentū ꝯcluderet si ꝯcare cū qualitate valeret tm̄ sicut ꝯcare cū accn̄te. sed significare cuꝫ q̄litate valet tm̄ sicut ꝯcare sub ꝯceptu vni⁹ vel pluriū: cōstat aūt ꝙ deus significat sub ꝯceptu pluriū q̄ꝫtū est ex parte impositiōis sue.

Ar̄ Septimo. Aliqđ est nomē qđ nihil significat. igit̄ nō om̄e nomē ꝯcat corpus aut rem. Probat̄ an̄s. qꝛ hoc nomē pctm̄ est nomē et nihil ꝯcat. Probat̄ autoritate boetij. iij. de ꝯsol'. vbi dicit ꝙ pctm̄ nihil ē. Et theologi vocāt pctm̄ nihil cū dicūt. Sine deo factū est nihil. i. pctm̄: qꝛ deus nō inuenit pctm̄ sed dyabolus. Dico verꝫ argumentū ꝯcludit ꝙ pctm̄ nihil ꝯcat positiue sed p̄uatiue: qꝛ p̄uationē boni Boeti⁹ ergo dicēs: ꝙ pctm̄ nihil est. voluit dicere ꝙ pctm̄ nō est ens morale

Ar̄ Octauo. Aliqđ est nomē qđ nō ꝯcat ꝑ modū determinate app̄hēsiōis. igit̄ modus ꝯcandi nois nō valet. Probat̄. qꝛ hoc nomē de⁹ nō ꝯcat ꝑ modū determinate app̄hensiōis. Probat̄. qꝛ deus nō pōt cognosci a nobis determinate. Dicit̄ em̄. ij. metha. sicut se habet oculus noctue ad lumē solis. ita se habꝫ intellectus noster ad ea q̄ manifestissima sunt in natura. Et. iij. de aīa ꝙ nihil est in intellectu nisi p̄us fuerit in sensu: ꝯstat aūt ꝙ deus nō est sensibilis: deum em̄ nemo vidit vnq̄ꝫ vt dicit scriptura. Dico verū argumentū ꝯcludit ꝙ deus nō est determinate cognoscibilis a priori sed bene a posteriori ꝑ effectus. Arist. em̄. xij. metha. ex ordine rerꝫ cognouit vnā esse causaꝫ p̄mā oīm cū dixit. Entia nolunt male disponi: mala est pluralitas p̄ncipum sit ergo vnus p̄nceps.

Ar̄ Nono. Aliqđ est nomē qđ nō significat per modū determinate app̄hensionis. ergo mod⁹ ꝯcādi nois nō valet. Probat̄. qꝛ hoc nomen materia nō significat ꝑ modū determinate app̄hensiōis. Probat̄. qꝛ materia nō est intelligibilis. Probat̄. qꝛ materia p̄ma est ens in pura poten̄a: vt đr p̄mo phisicorꝫ. mō om̄e qđ intelligit̄. intelligit̄ vt est ens in actu. vt đr. ix. metha. Dico verꝫ ar. cō. ꝙ materia p̄ma nō ē intelligibil' ꝯm se tm̄ sufficit ꝙ ē intelligibilis in analogia ⁊ habitudīe ad formam.

Ar̄ Decimo. Aliqđ est nomē qđ nō ꝯcat ꝑ modū determinate apprehensionis. Probat̄ de isto noīe chymera qđ nō significat ꝑ modū determinate app̄hensiōis patet qꝛ chymera nō est intelligibil'. Probat̄ quia dicit̄. iij. de aīa. nō ens nō intelligit̄: mō chymera est nō ens. et per ꝯn̄s chymera nō significat ꝑ modū dete̾minate app̄hensionis. Dico verꝫ argumentū ꝯcludit ꝙ hoc nomē chymera non ꝯcat ꝑ modū dete̾minate

apprehensionis directe tñ indirecte: nō ens em̄ nō intelligitur directe sed indirecte: ymaginamur em̄ chymerā esse licet nō sit.

Ar Undecimo. Diffinitio nois nō valet. Probat̄ sic. Nulla diffinitio debet dari p accn̄a. sed ista datur p accn̄a. igit̄ nō valet. Maior. q: diffinitio rei deb3 dari p genus ⁊ differentiā. modo gen⁹ ⁊ differentia sunt partes quiditatiue ⁊ essentiales rei. Minor. q: dat̄ p casu3 ⁊ qualitatē q̄ sunt accn̄a nois. Dico verū argumentū ɔcludit q̄ nulla diffinitio a priori debet dari p accn̄a: sed presens diffinitio est diffinitio a posteriori: et ista potest dari p accn̄a. Conuenienter aūt donat⁹ diffinit nomē p casum ⁊ qualitatē ⁊ nō p alia accn̄tia. quia casus ⁊ q̄litas sunt accidētia magis ꝓpria nomini q̄3 alia. modo optime res diffinit̄ a posteriori per accidentia ꝓpria cū sepe accidētia ꝓpa ponūt̄ loco differentiarū eēntialium: vt declarat cōmentator primo de anima

Nomini quot accidūt? Sex. Que? Qualitas Cōparatio Genus Numerus Figura Casus.

Utru3 tm̄ sex sint accidentia nois. Et

vtrū ꝓpriū nominis sit significare substantiā. Pro intellectione q̄stiōis mote notandū primo q̄ hec q̄stio duo q̄rit. Primo. vtrū tantū sex sint accidentia nominis. s. qualitas: cōparatio: vt d: in textu. Scd̄o q̄rit vtrū ꝓpriū nominis sit significare substantiā. Pro parte p̄ma questiōis intelligenda. Sciendū accidēs nois describit̄ sic. Est quedā ꝓprietas nois attributa nomini aut ratiōe vocis aut ratiōe s̄catiōis. Aliqua em̄ accidentia attribuūt̄ ptibus ratione vocis vt figura: q: illa vox dicit̄ simplicis figure q̄ non pōt diuidi in plures ptes. Sed illa cōposite q̄ pōt diuidi in plures ptes vt postea dicet̄. Aliqua aūt accidētia attribuūtur ptibus ratione significatiōis: vt qualitas casus nūerus Illud em̄ nomē qd̄ s̄cat rem pluribus cōicabilem est q̄litatis appellatiue: vt hō. Illud autē qd̄ s̄cat rem singularē ⁊ indiuidualē est q̄litatis ꝓpe: vt ioānes. Describitur etiā cōiter sic. Accidēs nois est terminus accn̄talit̄ p̄dicabilis de nomine in recto vel in obliquo in concreto vel in abstracto in q̄tum est pars orationis. Dico notant̄ in recto vel in obliquo: q: accn̄tia aliqua nominis non p̄dicant̄ de noie in recto: quia hec est falsa: nomen est q̄litas sufficit tamen q̄ qualitas p̄dicetur de ipis in obliquo vt nomē ē alicui⁹ qualitatis. Simil'r licet accidētia non p̄dicant̄ de noie in abstracto sufficit tñ q̄ in cōcreto vt licet hec nō sit vera. nomē est compatio in abstracto: tamen hec est vera: nomen est compabile.

Notandū scd̄o q̄ sicut in reb⁹ naturali-

bus repiūtur diuersa accn̄tia q̄ possunt adesse ⁊ etiā abesse subiecto p̄ter ei⁹ corruptionē. vt dicit porphi. in libro p̄dicabiliu3: sic sil'r in rebus

intentionalibus fabricatis p intellectū repiūtur diuersa accn̄tia q̄ eisdē rebus p intellectū attribuūtur. Duplex est ergo similitudo accn̄tiū realiū ⁊ intentionaliū vel grām̄aticaliū. Prima q: sicut in reb⁹ naturalibus accidētia possunt abesse subiecto vel realiter vel s̄m modū intelligendi albedo em̄ realiter potest abesse sorti: caliditas aūt nō potest abesse igni realiter: sed sufficit q̄ hoc fiat scd̄m modū intelligēdi. omē em̄ prius pōt intelligi nō intellecto posteriori. Sil'r ethiops potest intelligi non intellecta ei⁹ nigredine: vt declarat porphiri⁹ in libro. p̄dicabiliū: sic sil'r in reb⁹ intētionalib⁹ vt in grām̄atica accn̄tia dicūt̄ abesse suo subiecto: nō realiter. nullū em̄ est nomē quod nō esset alicuius generis vel qualitatis vel numeri. sed accidētia nois absunt nomini scd̄m modū intelligendi: quia possum intelligere nomē nō intellecta eius qualitate similiter nō intellecto eius. nūero. Unde recte dixit aristo. scd̄o phisicoꝝ. Abstrahentiū nō est mendaciū. Scd̄a cōuenientia vel similitudo est: quia sicut in rebus realibus accidētia realiter distinguūtur ab eoꝝ subiectis cum effectus ⁊ causa distinguūt realiter constat aūt q̄ substantia ē causa accidentis. dicit em̄ aristo. scd̄o phisicoꝝ: q̄ materia cum forma ē causa omniū accidentiū in cōposito sic similiter accidentia grām̄aticalia distinguūt̄ realiter ab ipsis ptibus orationis quaꝝ sunt accidentia. non sic q̄ daretur aliquod nomē quod nō haberet accidētia: sed sic q̄ accidētia grām̄aticalia non sunt de essentia partis. omē enim accn̄s est preter intellectū et essentiā illius cui⁹ ē accidens Sequit̄ correllarie ex dictis q̄ ista positio grām̄aticoꝝ que dicit accidētia esse eadē et idemptificari cū partibus non est veritati omnino cōsona ad bonū tamen intellectū accepta poterit sustineri. vt patebit in notabili sequenti.

Notandum tertio: p intelligētia istius.

Utrꝝ accn̄a ptiū orationis distiguūt̄ a ptibus orōis Notādū q̄ aliq̄ distinguūt̄ dupliciter. vno modo realiter. alio mō rōne. Ista dicūt̄ distingui ratione que distinguūtur diuersa ɔsideratione intellectus vt que in re dicūt vnū tamē intellectus accipit illa vt diuersa vt marcus tullius cicero: illa tria noia significant eandē rem realiter. tamen intellectus apprehēdit ⁊ accipit illā tria vt plura. idem em̄ homo dicebat̄ marcus tullius ⁊ cicero. dicebatur marcus noie ꝓprio. dicebat̄ tullius ratione genealogie: dicebat̄ aūt cicero ratiōe porciūcule carnis que pendebat ei de naso ad modum ciceris. Alio mō aliqua distinguūtur realiter. ⁊ hoc dupl'r. Uno modo rata realitate et sic ista distinguūtur que distinguūt̄ loco ⁊ subiecto. vt sortes existens rome ⁊ sortes existēs cracouie distinguit̄ sic realiter. Scd̄o aliqua distinguūtur realiter realitate naturarū que scilicet designāt diuersas naturas licet sunt idem subiecto ⁊ numero. ⁊ sic albedo dulcedo et lac distingūtur tali realitate. tria em̄ ista sunt idem subiecto ⁊ nūero tamen distinguūtur ⁊ differunt formaliter. dulcedo em̄ est obiectū gustus. albedo visus. sicut ergo visus ⁊ gustus sunt

sensus realit᷑ distincti sic ⁊ dulcedo et albedo in lacte. om̄e ergo accidēs reale distinguit᷑ realiter a suo subiecto realitate naturarū. licet nō realitate prima que est loco ⁊ subiecto. Ueritas primi patet. q2 dicit᷑ primo posterioꝝ essentie predicamentoꝝ sunt impmixte. ꝯstat aūt ꝙ substātia ⁊ accn̄s noīant diuersa p̄dicamenta. Dicit᷑ etiā p̄mo phisicoꝝ: quantitas et substantia si sunt. duo sunt. ⁊ om̄is effect⁹ distinguit᷑ realiter a sua causa. ꝯstat aūt ꝙ accn̄s est effectus substātie. Ueritas scd̄i scilicet ꝙ accn̄s et subiectū sunt idē numero ⁊ subiecto patꝫ autoritate arist. p̄mo tho. cum dixit. ꝙ accidēs ⁊ subiectū numero sunt idē. Istis sic stantib⁹ dicat᷑ ꝙ accn̄a partiū orōnis distingunt᷑ realiter a partib⁹. nō sic ꝙ pars orationis realiter essent separate ab accn̄tib⁹ et priuarentur eis: sed sic ꝙ ipsa pars oratiōis inq̄ntum p̄s oratiōis nullū accidēs includit: vt em̄ dictum est ante pars orōnis inq̄tum pars orōnis solū designat modū significandi essentialē ⁊ significatū qd̄ dictio importat hoc dictū. Probat᷑ p̄mo sic sicut est in natura sic est in arte. sed om̄e accn̄s in natura realiter distinguitur a suo subiecto: ergo etiā est ita in arte. ꝙ om̄e accn̄s pars oratiōis distinguit᷑ a parte oratiōis. Maior est aristo. ij phisicoꝝ. Minor est nota q2 accn̄s ⁊ subiectū differūt p̄dicamentaliter: ergo realiter. oīa em̄ que dn̄t predicamentalr̄ dn̄t realr̄. Scd̄o ꝓbat᷑. oīa q̄ trāsferunt ꝫm aliq̄ similitudinē se trāsferunt. sed ad accn̄a intētionalia ⁊ in arte trāslata ad similitudinē accn̄tiū realiū. ꝯstat aūt ꝙ accn̄s reale distinguit᷑ realiter a subiecto. ergo silr̄ etiā est ita in arte. Maior est aristo. vj. thopi. Minor est nota. q2 ars seqtur naturā. Tertio ꝓbat᷑ sic om̄e prius distinguit᷑ a suo superiori. sed pars orōnis ꝫm naturā est p̄or accn̄tibus suis. igit᷑ distinguunt᷑. Maior. q2 idē nō est p̄us ⁊ posterius. Minor. q2 pars orōnis dicit modū significandi essentialē. cōstat aūt ꝙ mod⁹ ꝫcandi essentialis est causa accn̄talis. quēadmodū substantia est causa accn̄tis. Etiaꝫ pars orationis absolute dicit modū significandi essentialē: substantia aūt est prior accn̄te cognitione tp̄e ⁊ diffinitiōe. Quarto ꝓbat᷑. illa sunt distincta realiter quoꝝ vnū variat᷑ reliquo non mutato. sꝫ aliqua pars orōnis manet inuariatā ⁊ ei⁹ accn̄s variat᷑. ergo distingunt᷑ realiter. Maior est nota. Minor. q2 dicendo albus homo ⁊ alba homo hic variatur accn̄s: q2 genus. ⁊ tamen manet idem nomē. in prima oratione enim homo est generis masculini: in scd̄a feminini. Sequit᷑ correllarie ꝙ sicut accidēs in natura realiter distinguit᷑ a subiecto: licet numero sint idē: sic etiā potest dici in arte ꝙ partes orōnis distingunt᷑ realiter a partibus. licꝫ possumus ꝯcedere ꝙ nūero ⁊ subiecto sunt ideꝫ. Patet veritas correllarij. q2 accn̄tia intentionalia ⁊ artis sunt trāslata ab accn̄tibus realibus.

Notandū quarto ⁊ vltimo: ꝙ scd̄a pars

questionis fuit. vtrū ꝓpriū noīs sit ꝫcare substantiam scd̄m ꝙ p̄scia. ij. maioris dixit: ꝓpū est noīs ꝫcare substantiā cū qualitate. Ideo sciēdū ꝙ sb̄a capitur dupliciter. Uno modo proprie. et sic substantia est res per se existens vl' pars rei ꝑ se existentis: exm̄ p̄mi vt homo animal iohānes petrus exemplū scd̄i anima: licet em̄ anima nō est ꝑ se tamen aīa est pars hominis: ⁊ ideo est substantia. Dicit᷑ em̄ in p̄dicamentis ꝙ pars substantie est substātia. isto modo nō capit᷑ substantia cū d2 nomē ꝫcat substantiā. Ratio. q2 albedo nigredo sunt noīa ⁊ nō ꝫcāt sic substātiam: albedo enim vel nigredo nō significat rem ꝑ se existentem sed alteri inherentē naturaliter em̄ nullū accidēs est ꝑ se. Scd̄o capit᷑ substātia cōiter vt tm̄ valet sicut essentia: ⁊ sic capit᷑ cū d2. om̄e nomē ꝫcat substantiā accidentia em̄ ita habent essentiā ⁊ naturā ꝓpriam. sicut substantia: licet nō ita perfectā naturā sicut substantia. vt declarat doctor sctūs in tractatu de quiditatibus reꝝ: ꝓpriū ergo noīs quarto modo est significare substantiā cū q̄litate. Ratio. q2 illud est ꝓpriū. q̄rto modo qd̄ ꝯuenit omni nomini: soli nomini et semꝑ. Est em̄ in quolibet noīe aliqd a q̄ nomen imponit᷑ ⁊ aliquid est cui imponit᷑ qd̄ manifeste apparet esse veꝝ in nominibus specieꝝ in q̄bus actus vltimus est a quo nomē imponit᷑ et ipsum ꝯstitutū ex genere: ⁊ differentia ⁊ cui nomē imponit᷑. Simil'r in noībus indiuiduoꝝ suppositū substātie est cui imponit᷑ nomē. ⁊ collectio accn̄tium est forma a qua nomen imponit᷑: ⁊ idē est inuenire in oībus alijs nominibus q̄rumcūq; res simplices ꝫcantibus. id aūt a quo nomē imponit᷑ accipit᷑ apud grāmaticos ꝓ qualitate: id vero cui nomē imponit᷑ ꝓ substātia. ⁊ ideo om̄i nomini apud grāmaticū substantiā ꝫcare cōuenit cum q̄litate ⁊ soli nomini hoc ꝯuenit et semꝑ.

Istis notabilibus sic stantib' est ꝯclusio

respōsalis. Tantū sex sunt accn̄tia noīs specifice ⁊ formaliter disticta sic ꝙ non plura ad illa irreducibilia grāmaticaliter ip̄i nomini ꝯuenientia ⁊ vt est ethimologie ꝯsideratiōis: ⁊ ꝓpriū noīs est ꝫcare substantiā cuꝫ q̄litate. Prima pars ꝯclusiōis ꝓbat᷑ ꝑ sufficientiā accn̄tiū noīs et est ista Om̄e accn̄s noīs vel ꝯuenit noī rōne vocis aut ratione ꝫcationis: si ratione vocis sic est figura. Si rōne ꝫcatiōis hoc est dupl'r Aut ratiōe ꝫcationis absolute: aut respectiē. Si absolute hoc est dupl'r. aut enim talis significatio sumit᷑ a ꝓprietatibus discretiuis sexus sic est genus. Aut sumitur a significatiōe suppositoꝝ ⁊ hoc dupl'r. aut diuisiue sic ē qualitas. aut collectiue sic numerus. Aut tale accn̄s sumit᷑ a significatione respectiua et sic duplicit᷑. aut em̄ ratione rectitudinis ⁊ obliquitatis sic est casus. aut rōne intensiōis ⁊ remissionis et sic est ꝯparatio. quare prima pars ꝯclusiōis vera. sed ꝙ scd̄a pars ꝯclusiōis sit v̄a. s. ꝙ om̄e nomē ꝫcat substantiā: patꝫ autoritate p̄sciani scd̄o maioris q̄ dicit hoc esse ꝓpriū noīs q̄rto mō. significar substātiā cū qualitate: quare scd̄a pars ꝯclusiōis v̄a.

Ar Primo. Plura sunt accn̄tia nomīs q̄ꝫ sex. igitur. Probat᷑ an̄s. tot sunt accn̄tia noīs quot sunt noīa: sed plura sunt noīa q̄ꝫ sex. ergo. Maior. q2 accn̄tia multiplicant᷑ multiplicatiōe subiectoꝝ: vt dicit᷑ p̄mo thopicē. Minor est nota. Dico verū argumentū ꝯcludit ꝙ plura sunt ac

cidentia nominis q̃ꝫ sex numeraliter ea distinguẽdo. modo ꝯclusio vult ꝙ accidentia nominis sunt sex specifice distincta.

Ar Scd̃o. Plura sunt accidẽtia noĩs q̃ꝫ sex. Probaẗ. qꝛ motio ꝑsona forma casualis etiã sunt accñia noĩs. ergo plura erunt q̃ꝫ sex: Añs patet. qꝛ aliqua nomĩa mouenẗ. similiter omnia noĩa sunt tertie ꝑsone similiter in noĩe reꝑiuntur forme casuales sex. Dico ꝙ tm̃ sex sunt accidentia nominis ad se inuicẽ irreducibilia. plura aũt possunt esse q̃ reducuntur ad ista. qꝛ motio reduciẗ ad cõparationẽ: om̃e em̃ ꝙ comparatur compatione nominali hoc etiã moueẗ: similiter ꝑsona reduciẗ ad nũerum. qꝛ nũerus et ꝑsona sunt accñtia ꝯiugata: sic ꝙ in quacũqꝫ parte reperitur vnũ in eadẽ ⁊ alterũ forma aũt casualis reduciẗ ad casum.

Ar Tertio. Plura sunt accñtia noĩs q̃ꝫ sex. Probaẗ. qꝛ esse suppositũ esse rectũ a v̾bo etiã sunt accñtia noĩs. Probaẗ. qꝛ nomen reddit suppositũ verbo ⁊ regitur a verbo a parte ante. Dico verũ argumẽtũ cõcludit ꝙ esse suppositũ ⁊ regi a verbo est accñs noĩs inquantũ ẽ dyasinthetice ꝯsideratiõis. hic aũt fit sermo de accñtibus nomĩs vt ip̃m nomen est ethimologie ꝯsideratiõis sic simil'r correptio ꝓductio sunt accidentia noĩs inq̃ꝫtum ipsum nomẽ est prosodie ꝯsiderationis.

Ar Quarto. Plura sunt accidẽtia nomĩs q̃ꝫ sex. Probatur. quia cõiugatio declinatio etiã est accidens nominis: ex quo nomina declinanẗ de casu in casum. Dico verũ argumentũ ꝯcludit ꝙ declinatio est accidens noĩs: sed dico ꝙ declinatio cõprehẽditur sub casu. ¶ Cõtra hoc arguitur. Decliatio in nomine nõ potest cõprehendi sub aliquo accidente igitur nec sub casu. Probaẗ antecedẽs. sicut se habet cõiugatio in verbo sic se habet declinatio in nomine: sed ꝯiugatio in verbo exp̃sse poniẗ et sub nullo accidẽte cõp̃henditur. ergo etiã similiter est de declinatiõe in nomine. Maior patet ex cõuenienti similitudine. sicut em̃ nomĩa declinantur per casus sic verba coniugãtur per personas ⁊ tempora. Minor est nota. Dico ꝙ non est simile de cõiugatione verbi et declinatiõe nominis. Ratio qꝛ declinatio in noĩe tantũ respicit vnũ accñs. s. casum sub quo bene potest cõprehẽdi sed cõiugatio in verbo non respicit vnũ accidens tm̃ sed plura. qꝛ nũerũ tempus et ꝑsonã. et ergo sub nullo põt cõprehẽdi. qꝛ qua rõne deberet cõprehẽdi sub vno eadẽ ratiõe sub alio et sic oportuit ꝙ cõiugatio verbi poneret̃ expresse.

Ar Quinto. Nõ sunt sex accidẽtia nomĩs. igitur Probatur. om̃ia accidentia noĩs sunt vnũ. igitur. Probatur añs. quecũqꝫ vni ⁊ eidem sunt eadẽ inter se sunt eadẽ: sed om̃ia ista sex accidẽtia vni et eidẽ nomini sunt eadẽ: ergo etiã inter se sunt eadẽ: ⁊ per ꝯsequẽs non distinguũẗ specifice. Probatur maior auctoritate aristo. j. phisi. Minor. qꝛ om̃ia ista sex accidẽtia cõueniũt huic nomini felix: hoc em̃ nomen felix est alicuius qualitatis. compaẗ: est etiã alicuius generis numeri casus et figure. Dico verũ argumentũ ꝯcludit ꝙ ista sex accidẽtia vni ⁊ eidẽ sunt eadẽ ⁊ inter se eadẽ scd̃m numerũ ⁊ materialiter, nõ tamẽ formaliter. sic em̃ distinguũẗ sicut in silꝰ albedo ⁊ dulcedo lactis sunt vnũ nũero ⁊ materialiter ⁊ tamẽ distinguũtur formaliter. vt dictũ est in notabili tercio.

Ar Sexto. Qualitas nõ est accñs nois. igitur. Probatur. illud qd̾ est de essentia alicuius nõ est accñs. sed qualitas est de essentia nois igiẗ. Maior est aristo. j. phisi. qui ostendit ꝙ illud qd̾ vere est nulli accidit Minor. qꝛ significare ꝑ modũ determinate app̃hensiõis est essentiale nomini ⁊ hoc est significcare cũ q̃litate vt cõiter grãmatici exponunt. Dico verũ argumentũ ꝯcludit ꝙ capiẽdo qualitatẽ ꝓ determinata apprehẽsione tũc est essentialis nomini sed sic non capiẗ hic. sed capiẗ pro significatione vnius aut pluriũ: ⁊ sic est accidẽs nois.

Ar Septimo. Tamẽ priscianus solũ ponit qnqꝫ accidẽtia nois. ergo. Añs patet scd̃o maioris. Dico verũ argumentũ ꝯcludit ꝙ priscianus ponit accñtia q̃ ꝯueniũt cuilibet noĩ vt speciẽ genus nũerũ figurã et casum. compationẽ aũt nõ posuit qꝛ non ꝯuenit cuilibet nomini quia solũ adiectiuis. sed qualitatẽ cõprehẽdit sub numero. qꝛ sicut numerus causatur a pluralitate ⁊ singularitate sic etiã qualitas.

Ar Octauo. Nõ est ꝓprium nois significare substantiã. ergo Probaẗ deus est nomẽ et nõ significat substantiã. igiẗ. Q2 p̃ma pars sit v̾a ꝙ deus sit nomẽ: notũ est. sed ꝙ deus non s̾cat substantiã. Probaẗ substantia d̾r a substãdo: sed deus nulli substat: ergo deus nõ est suba. Maior ẽ nota ⁊ est aristo. in p̃ntis. Minor. qꝛ forma simplex subiectum esse non põt: vt dicit boecius in libro de trinitate. Dico verũ argumentũ cõcludit ꝙ hoc nomẽ deus nõ significat substãtiã vt suba dicitur a substãdo: sed bene a per se essendo quo modo deus est substantia.

Ar Nono. Aliquod est nomẽ quod nõ significat substantiã. Probaẗ. qꝛ albedo nigredo sunt noĩa: ⁊ tamẽ non significant substantiã sꝫ accidẽs. modo accidẽs ⁊ substantia sunt p̃mo diuersa. Dico verũ argm̃. cõcludit ꝙ hoc nomẽ albedo vel nigredo nõ significat substantiã capiẽdo subam ꝓprie. sed bene cõiter qualiter hic debet capi.

Ar Decimo. Participiũ etiã significat subam. igitur nõ est ꝓpriũ nominis s̾care subam. Añs patet. qꝛ legẽs significat hoĩem legentẽ Dico verũ argm̃. ꝯcludit ꝙ ꝑticipiũ s̾cat subam sed nõ significatione formali sed materiali. qꝛ formali significat actũ vnitũ substantie. Uel dico ꝙ licet ip̃m participiũ significat substantiã: non tñ eodem mõ sicut nomen: qꝛ nomen significat substantiã absolute sed ꝑticipiũ cũ tempore.

Qualitas nominũ in quo est: Bipartita est. Quõ aut enim vnius nomẽ est et ꝓpriũ dicitur aut multorum et est appellatiuum.

¶ Utrũ qualitates in noĩe sunt tm̃ due.

Pro intellectione q̃stionis more. Notandũ est primo q̧ qualitas noīs
ƒm remigiũ describit̃ sic. Qualitas est aptitudo noīs ƒcandi rem suam
discrete vel cōiter. discrete vt iohãnes. cōiter vt homo. Pro qua diffini
tione qualitatis noīs intelligenda sciendũ q̧ per rē noīs debet intelli
gi ƒcatũ noīs. Significare aũt discrete est significare vnã rem tantũ et
non plures vniuoce ⁊ diuisim. Dico notanter q̧ nomē ꝓprie qualitatis
significat vnã rez tm̃ vniuoce. qꝛ equiuoce pōt plures significare vt hoc
nomē iohãnes ƒcat oēs vocatos hoc noīe iohãnes: hoc tamē est equi
uoce: qꝛ vno noīe et diuersis rationib⁹ saltē accidentalibus. Alia em̃ ra
tione vnus vocatur iohãnes ⁊ alia ratione alter: vnus em̃ vocat̃ iohan
nes qꝛ pater suus ita vocabat̃. alter: qꝛ natus est in die iohãnis. Equiuo
catio tamē talis nō est ꝓprie dicta: si em̃ nomina ꝓpria essent equiuoca
proprie dicta tũc non possent poni in p̄ntis. ex quo nullũ equiuocũ po
nitur in p̄nto vt sic. ꝯstat aũt q̧ noīa ꝓpria ponũtur in p̄nto substantie
ex quo sunt substantie p̄me Ista ergo equocatio est accñtalis tantũ ⁊ im
ꝓprie dicta. Dico notanter scd̃o q̧ noīa ꝓpria ƒcant tm̃ vnam rez diui
sim. qꝛ ꝯiũctim possunt significare plures. vt hoc nomē iohãnes signifi
cat corpus ⁊ aīam sed nō diuisim. qꝛ nec corpus per se est iohannes nec
aīa: sed corpus et aīa simul ꝯstituũt totũ cōpositũ. Significare aũt cōit̃
est significare plures res vniuoce ⁊ diuisim: vt hō de significato secũda
rio significat oēs hoīes qui naturã humanã ꝑticipant.

Notandũ scd̃o qualitas q̃tum elicit̃ ex
littera donati describit̃ sic Qualitas est nomē vnius vel plurium Que
diffinitio cōiter intelligit̃ sic. Qualitas est nomen aptũ natũ significare
tm̃ vnã rem vniuoce ⁊ diuisim vel plures. In qua diffinitione nomē po
nit̃ pro gñe: ꝑ quod datur intelligi q̧ diffinitio q̃litatꝫ est bona. oē em̃
accñs debꝫ diffiniri ꝑ suũ subiectũ vt ostendit̃. vij. methaphisice. modo
qualitas est accñs noīs. ergo bene dicit̃ qualitas est nomē. Nō est tñ in
telligendũ q̧ qualitas simpl'r esset nomē eo q̧ oē accñs realiter disti
guit̃ a subiecto suo vt declaratũ est in p̄cedenti questiōe. Sed est intel
ligendũ q̧ qualitas ƒm esse materiale est nomē. quomō omne accñs et
subiectũ nũero sunt idē vt dicit̃ p̄mo thopic. Cum vero in diffinitiōe dꝛ
vni⁹ tangit̃ qualitas ꝓpria. Vñ qualitas ꝓpria est nomē vnius. scꝫ rei
significatiuũ vt iohãnes. Johãnes em̃ ƒcat indiuiduũ mō oē indiuidu
um est vnũ nũero Dicit em̃ boetius in libello qui intitulat̃ de vno ⁊ vni
tate. Oē q̧ est ideo est quia vnũ nũero et singulare est. Cũ vero dicit̃
vel pluriũ tangit̃ qualitas appellatiua. vñ qualitas appellatiua est no
men pluriũ scꝫ reꝝ significatiuũ vt hō. homo em̃ est vl'e: oē aũt vniuer
sale ƒcat oīa sua supposita que in illa natura cōi ꝯueniũt. Nō est tamen
intelligendũ q̧ vniuersalia p̄mo ⁊ directe significant singularia. qꝛ p̄mo
⁊ directe ƒcant naturã cōem. et ex ꝯsequenti ƒcant indiuidua que illam
naturã cōmunē ꝑticipãt. vñ et dixit richardus in biligam homo hoīem

significat. i. naturã humanã p̄mo ⁊ p̄ncipaliter: ⁊ tñ nullũ hoīem. i. singu
lare significat scꝫ p̄mo et directe: licet hñ ex ꝯsequẽti. Quattuor aũt mo
dis aliq̃d dicitur significare plura. Primo a . tu . vt homo actu significat
multa. Scd̃o opinione vt hoc nomē deus: sol luna mundus ƒcant plura
opinione. p̄mus em̃ impositor opinatus est esse plures deos simil'r mũ
dos ⁊ plures soles: licꝫ ergo hoc nomē deus significat tm̃ vnã rem actu
aptitudine tñ ƒcat multas: vnde ⁊ ista noīa sol deus mũdus sunt quali
tis appellatiue. Ista tñ aptitudo in illis noībus ƒcare plura nō tenet se
ex parte rei sed ex p̄te impositiōis: vt dictũ est: qꝛ impositor credidit eē
plures deos. Tertio nomē significat plura potẽtia ⁊ successiōe. vt fenix:
vnica em̃ est auis in mundo que dꝛ fenix actu: potentia tñ et successione
sunt plures. Dicit em̃ plinius q̧ fenix est vnica auis in arabia que cũ se
nescit tp̄e calidissimo colligit ramos exiccatos de arboribus nobilibus
⁊ in dorsum suũ ponit ⁊ volat in sursum q̃tum altius pōt in radiũ solis
et sic ista ligna accēdunt̃ ⁊ descēdēs in certũ locũ fenix cōburitur ex cui⁹
cineribus alia auis postea fenix generat̃ Quarto nomē significat plura
ymaginatiōe: vt hoc nomē chymera est nomē appellatiuũ ⁊ non signifi
cat plura actu nec potẽtia nec opinione sed ymaginatiōe significat em̃
illud quod ꝑ p̄tes sue diffinitiōis exp̄mit̃ vt caput virgineũ. vētrē leonũ
⁊ caudã serpentinã: dictũ em̃ est ante q̧ chymera est ens scd̃m ymagina
tionē q̃ ymaginatio est impossibiliũ: vt dꝛ tertio phisicoꝝ.

Notandũ tertio: q̧ qualitas in noīe est
duplex: cuius ratio est ista: qꝛ qualitas recipit̃ a forma. sed forma rei est
duplex ⁊ ꝯsideratur dupl'r. Primo em̃ forma ꝯsideratur absolute et ƒm
se: ⁊ sic est vniuersalis ⁊ ab illa forma sic ꝯderata accipit̃ qualitas appel
latiua: nomē em̃ appellatiue qualitatis ƒcat rem cōicabilem multis: cō
municari aut multis est de ratiōe vniuersalis: vl'e em̃ dat esse nomen ⁊
rationē suis singularib⁹ vt dꝛ. vij. methphi. vñ et dicitur qualitas appel
latiua quasi ad plura pulsiua. nomē em̃ appellatiue qualitatis pellit̃ ad
multa significanda. Scd̃o ꝯsideratur forma rei non absolute et scd̃m se
sed vt est in certa materia recepta: ⁊ sic forma est indiuidua ⁊ singulari
sata. Dicit em̃ thomas in de ente et essentia q̧ forma rei scd̃m se accep
ta vniuersalis est: sed ꝯsiderata vt recipit̃ in materiã que materia ē p̄n
cipiũ indiuiduatiōis: tunc forma singularisat̃ et indiuiduat̃. et a tali for
ma sic in materia indiuiduata recipit̃ qualitas ꝓpria. vñ et dicit̃ quali
tas ꝓpria quasi poris ⁊ multitudine priuata qꝛ tm̃ vni ꝯuenit. pori em̃
sunt parua foramina in corp̄e aīalis per que exit sudor ⁊ sunt multa sic ꝑ
quandã similitudinē dicitur ꝓpriũ quasi poris ⁊ pluralitate significati
onis priuatũ: patet ergo vnde sumit̃ qualitas noīs originaliter. de isto
tamen melius patebit in sequẽtibus.

Notandũ quarto: q̧ qꝛ qualitas est mo

dus s̄cādi noīs actūalis. oīs aūt modus s̄cādi originalr̄ sumit̄ a re
mediāte modo intelligēdi. Primo em̄ modus s̄cādi sumit̄ a mō intelli
gēdi: modus aūt intelligendi accipit̄ a mō essendi: modus ergo essendi
est p̄ncipiū remotū ꝛ originale modoꝝ s̄cādi. modus aūt intelligendi
p̄ncipiū ꝓpinquū. oportꝫ ergo intelligere a quo mō eēndi originalr̄ su
mitur q̄litas noīs. Pro quo notandū ꝙ licet dictū est in notabili ꝙ q̄li
tas sumit̄ a forma Et forma est duplex .s. vniuersalit̄ intellecta a qua su
mit̄ qualitas appellatiua. ꝛ singulater accepta a q̄ sumit̄ qualitas ꝓpa
vt tn̄ hoc latius ꝛ distinctius intelligeret̄. Sciendū est scd̄m autorē mo
doꝝ s̄cādi ꝙ qualitas ponit̄ a donato ꝓ accidēte nois: non sic ꝙ esset
aliqd̄ nomē ꝙ nullius eēt qualitatis. sed sic ꝙ q̄litas est p̄ter intellectuꝫ
essentialē nominis: vt possumus intelligere aliqd̄ nomē esse pars oōis
et nō intelligendo eius qualitatē. oē em̄ prius pōt intelligi sine poste
riori vt dicit porphiri⁹. ergo possum intelligere aliqd esse nomē nō tel
ligēdo eius qualitatē. Capit̄ ergo q̄litas originalr̄ a mō essendi forme:
qui modus essendi est duplex. Unus em̄ modus essendi forme est cōis
qn̄ .s. forma absolute ꝛ s̄m se et eius rationē absolutā ꝯsideratur. ꝛ sic ab
illo mō essendi capit̄ q̄litas appellatiua. nomē em̄ qualitatis appellatiue
s̄cat rem cōicabilem multis: formaꝝ aūt ratio est cōicare ꝛ dare eē mul
tis. Alter modus essendi forme approprat⁹ vel singularis qn̄ scꝫ forma
consideratur vt est limitata in certa materia ꝛ singularisata. et ab illo mō
essendi forme sumit̄ q̄litas ꝓpria: sicut em̄ forma ꝯsiderata vt est in cer
ta materia indiuiduat̄: et eius cōicabilitas terminat̄. sic similr̄ nomē ꝓ
prie qualitatis tm̄ vnā rem significat: patet ergo vnde originalit̄ sumi
tur qualitas appellatiua ꝛ etiam ꝓpria.

Istis notabilibus sic stantibus est ꝯclu

sio respōsalis. Tantū due sunt q̄litates in noie. scꝫ ꝓpria ꝛ appellatiua.
Huius cōclusionis veritas patet ex his que dicta sunt.

Ar Primo. Littera donati est incōgrua. ergo Probatur. in ea interro
gatiuū ꝛ respōsiuū discōueniūt in casu. igit̄ est incōgrua Tenet cō
sequētia. qꝛ hoc est ꝯtra regulā cōem grāmatice in qua dꝛ ꝙ interroga
tiuū ꝛ responsiuū debēt ꝯuenire in casu. Aīs. quia interrogatiuū scilicꝫ
quo est ablr̄i casus: ꝛ responsiuū bipartita est nomiatiui casus. Dico ve
rum argumentū ꝯcludit ꝙ interrogatiuū ꝛ responsiuū debēt cōuenire
in casu qn̄ regūtur ab eodē regēte vt quis currit: respōdet iohānes. est
qn̄ regūtur ex eadē vi. Si aūt regūtur ex diuersis viribus non oportet
qualiter est in ꝓposito: qꝛ interrogatiuū quo regit̄ ab illa p̄positiōe in
a parte post ex vi nature ꝛ responsiuū biptita regit̄ a parte an̄ ex vi per
sone ab illo v̄bo est: quare argumentū nō cōcludit.

Ar Scd̄o. Aliqd̄ est nomen qd̄ nullius est qualitatis. igit̄ Probatur
quia hoc nomē quis est nomē vt notum est et nullius est q̄litatis
Probat̄. quia donatus dicit in caplo de ꝓnoie ꝙ quis est minus q̄ꝫ fini

te qualitatis. modo talis nec est ꝓpria nec appellatiua. Dico ꝙ donat⁹
dicens ꝙ hoc nomē quis sit minus q̄ꝫ finite q̄litatis non voluit dicere
et negare ꝙ quis nō esset appellatiue qualitatis: sed voluit ibi dicere
ꝙ non ita certe significat: sicut alia nomina.

Ar Tercio. Aliqd̄ est nomē qd̄ nullius est qualitatis. Probat̄ de isto
noīe magister. nō ꝓprie vt notū est. nō etiā appellatiue. Probat̄.
illud qd̄ ex impone s̄cat vnā rem nō est appellatiue qualitatis: sed hoc
nomen magister s̄cat vnā rem ex impōne. ergo. Maior. qꝛ nomē appel
latiuū ex impōne significat multas res. Minor: qꝛ hoc nomen magister
imponit̄ ad significandū vnā rē quādo qs ꝓmouet̄ ad dignitatē magi
stralē. Dico verū argm̄ ꝯcluderet si hoc nomē magister imponeret̄ ad si
gnificandū vnā rem cuꝫ qs ꝓmouet̄ in magistrū: sed in tali ꝓmotione
ꝓprie nō imponit̄ ei hoc nomen: sed verificat̄ de ipso mediante copula
de presenti. de quo prius non verificabat̄ nisi mediante copula. de po
test vel erit: ꝛ sic argumentum non concludit.

Ar Quarto. Aliqua sunt noia que nulli⁹ sunt qualitatis. igit̄. Proba
tur de istis noibus: ois: nullus: q̄libet q̄ nulli⁹ sunt q̄litatis. Pro
bat̄. nō appellatiue. qꝛ sunt termini cōes in logica. ergo nec sunt appel
latiue qualitatis in grāmatica. Tenet ꝯn̄a ab eodem ad idē: qꝛ termin⁹
cōis in logica est nomē appellatiuū in grāmatica. vt patet de istis nomi
nibus lapis lignū. Aīs aūt est notū. qꝛ oīs null⁹ q̄libet sunt sinkathe
greumata. modo sinkathegreuma nō est termin⁹ cōis. Dico veꝝ argm̄
ꝯcluderet si termin⁹ cōis in logica ꝛ nomē appellatiuū in grāmatica es
sent idē ꝯuertibiliter. sed habent se sicut sup̄ius ꝛ inferius: nomē em̄ ap
pellatiuū est sup̄ius: ꝛ termin⁹ cōis inferi⁹. ois em̄ termin⁹ cōis noialis
est nomē appellatiuū sed nō ecōuerso. sinkathegreumata em̄ sunt noia
appellatiua ꝛ nō sunt termini cōes ex quo non p̄dicātur de pluribus.

Ar Quinto. Nulla est qualitas cōis. igit̄ nulla est qualitas appellati
ua. Tenet ꝯn̄a ab eodē ad idem. Aīs nulla est res cōis. igit̄ nulla
est qualitas cōis. Aīs patꝫ autoritate boetij in lib. de vno ꝛ vnitate cū
dicit. ꝙ omne ꝙ est ideo est qꝛ vnū numero ꝛ singulare est. Dico veꝝ ar
gumentū ꝯcluderet si qualitas diceret̄ appellatiua vel cōis rōne modi
essendi: sed dicit̄ cōmunis ratione modi significandi. qꝛ nomē appella
tiue qualitatis significat multas res. Uel potest etiam dici negando ꝙ
nulla res sit cōis. ꝛ ad autoritateꝫ boetij respondetur ꝙ intelligitur de
his que sunt in vltimo actu nature. omne em̄ tale est vnū numero. natu
re aūt cōes scd̄m se non sunt in vltimo actu nature.

Ar Sexto. Aliqd̄ est nomē qd̄ nullius est qualitatis. Probat̄ de isto
nomie ꝛwisla. nō ꝓpe. Probat̄ illd̄ qd̄ significat multas res nō est
q̄litatis ꝓprie: sed ꝛwisla significat multas res. ergo. Maior. qꝛ nomē
ꝓprie qualitatis tm̄ significat vnā rem. Minor qꝛ hoc nomē ꝛwisla signi
ficat illā aquā q̄ fluxit ante decē annos ꝛ hodie fluit ꝛ q̄ fluet post centū
annos que nō est eadē aqua. Dico verū argumentum concludit ꝙ licet

non est eadem aqua simpliciter q̄ fluit hodie ⁊ fluxit ante ⁊ fluet postea
sufficit tñ ꝙ est eadē aqua ꝭm successionē. Pro q̊ intelligendo Sciēdū ꝙ
aliqua dicūtur idē trib⁹ mōis Primo aliqd dicit idem simpl'r in quo sim
pliciter nulla est facta mutatio: ⁊ sic deus dr̄ idem de⁹ em̄ est immutabi
lis. vt patet. xij. metha. Scđo aliqd dr̄ idē: q̄ eius pars ꝑncipalis semꝑ
est eadem et sic homo dr̄ idem ꝑ totam vitā suam quia anima sua semꝑ
est eadē. Tertio. aliquid dr̄ idem ꝭm successionē ⁊ ꝯsimilē sitū et ordinē
q̊ ad celū. ⁊ sic ꝯvisa dr̄ idē fluuius q mō fluit ⁊ fluxit añ centū annos et
fluet post centū annos. q̄ ꝯtinue vna ꝑs succedit alteri: et etiā est in simi
li situ ⁊ ordīe ad celū. ꝯvisa ergo ꝓprie est nomē situs et nō substātie.

Ar Septimo. Aliqđ est nomē ꝙ nullius est qualitatis. igit Probat.
q̄ hoc nomē deus est nomē ⁊ nullius q̄litatis Non ꝓprie. q̄ de⁹
est vl'e et species vt cōiter dicūt logici. hic nomē ꝓpriū nō est spēs nec
vniuersale. Nō appellatiue. Patet. q̄ nomē appellatiue q̄litatis signifi
cat multa: sed deus tm̄ vni ꝯuenit: q̄ vnus est deus. Maior est nota si
militer minor. Dico ꝙ hoc nomē deus est appellatiue q̄litatis ⁊ licet nō
ꝯuenit multis actu tamen aptitudine. Et si dicit: sequit bene de⁹ cōue
nit vel ꝭcat multa aptitudine. ergo actu. Tenet ꝯña. q̄ aptitudo ē redu
cenda ad actū. Dicit em̄ ꝑmo celi. frustra est calciatio cuius nō est calcia
mentū. Dico verū argumentū ꝯcluderet si aptitudo reduceret ad actū
sed non oportet ꝙ aptitudo reducat ad actū: sed potius potētia redu
citur ad actū. Sequit correllarie ꝑmo ꝙ aptitudo ⁊ potētia differunt
tripl'r. Patet. q̄ aptitudo sequit formā. sed potētia materiā Scđa diffe
rentia aptitudo nō reducit ad actū. sed poña si nō est frustra reducit ad
ad actū. Rō quare aptitudo nō reducit ad actū. q̄ aptitudo sequit for.
mā: mō forma est ens in actu. ens em̄ in actu est forma vl' ens habēs for.
mā. Sꝫ poña reducit in actū: q̄ poña sequit materiā. mō materia nō ē
ens in actu sed in poña tm̄ vt dr̄. j. phisi. Tertia differētia. q̄ aptitudo ꝑ
supponit rem esse sed poña nō ꝑsupponit rem esse vñ hēc est vera. anti
xp̄us pōt currere. sed hec est falsa. antixp̄us aptus natus est currere.

Ar Ultimo. Aliqđ ē nomē qđ nullius est q̄litatis. Probat: q̄ nomē
material'r captū est nomē. vt notū est ⁊ nullius est qualitatꝫ Pro
batur. nō ꝓprie. q̄ nomē material'r supponēs ꝭcat plura. igitur. Proba
tur añs. q̄ significat se ⁊ suū simile. mō id qđ significat se ⁊ suū simile sig
nificat multa vel plura. Dicūt em̄ iuriste Pluralis locutio nūero duorꝫ ē
ꝯtenta. Nō etiā appellatiue: Probat autoritate grāmaticorꝫ q dicunt.
Est ꝓprie qualis omis vox materialis. Dico verū argumentū cōcludit
ꝙ nomen materialiter captū solū accipit ꝑ se tūc est ꝓprie qualitatis
quia si tantū accipit sub cōceptu vnius. Si aūt nomē materialiter sup
ponēs accipit ꝑ se et sibi simili tūc est appellatiue qualitatis. q̄ sic acci
pitur sub cōceptu cōmuni ergo ⁊c̄.

Cōparationis gradus quot sunt? Tres Qui? Po
sitiu⁹ vt doct⁹, Cōparatiu⁹ vt doctior, Suꝑlatiu⁹
vt doctissim⁹,

¶ Utrū tm̄ tres sint gradus cōparatiōis. Pro intellectiōe questiōis more Notandū est primo
ꝙ cōꝑatio describitur sic. Cōꝑatio est noīm eiusdē casus idē cōnotantiū
vel idem ꝯnotare apparentiū scđm magis ⁊ minus in diuersis gradib⁹
debita collatio Que diffinitio cōparatiōis declarat esse bona In ea em̄
ꝑmo ꝓ genere ponit debita collatio. Unde debita collatio est ꝙ si po
sitiuus est singularis numeri etiā cōꝑatiuus ⁊ superlatiu⁹ debēt esse sin
gularis numeri et ergo hic nō est cōꝑatio doctus doctiores doctissimi.
Dicit scđo noīm eisdē casus. q̄ si comꝑatiu⁹ ⁊ suꝑlatiu⁹ essent diuerso
rū casuū si esset comꝑatio: ⁊ ꝑ hoc comꝑatio differt a declinatiōe q̄ de
clinatio fit ꝑ diuersos casus. Dicit etiā noīm ad denotandū ꝙ vnū no
men nō facit comꝑationē: sed tria vel ad minus duo. Dicit tercio idem
cōnotantiū. i. ꝭcantiū ad denotandū ꝙ comꝑatiu⁹ positiu⁹ et suꝑlatiu⁹
debent ꝭcare idē licet nō eodē modo. Positiuus em̄ significat absolute
sine excessu. Comꝑatiu⁹ cū excessu mediocri. Suꝑlatiu⁹ cū excessu i sum
mo vt postea dicet. Dicit quarto. vel idem ꝯnotare apparentiū: ad in
cludendū illā comꝑationē: nouus: ior: uissimus. In qua licet cōꝑatiuus
positiuus et suꝑlatiuus nō ꝭcant idem. tñ vident significare idē ꝓpter
idēptitatē vocis. Nouus em̄ positiuus ⁊ cōꝑatiuus nouior. valēt tm̄ si
cut recens. sed suꝑlatiuus nouissim⁹ valet tm̄ sicut vltimus. Dicit quito
scđm magis. i. scđm excessum: vt magn⁹ maior maxim⁹. Dicit sexto ꝭm
min⁹. i. scđm decrescentiā ⁊ diminutionē: vt paru⁹ minor minim⁹. Dicit
vltimo in diuersis gradibus: ad denotandū ꝙ cōꝑatio cōpleta debet fi
eri ꝑ tres grad⁹. ⁊ per hoc excludit motio q̄ ⁊ si motio sit pluriū noīm
idem cōnotantiū. tñ nō est scđm magis ⁊ minus in diuersis gradib⁹. no
mia em̄ que mouētur sunt eiusdē gradus vt doctus docta doctū. ¶ Est
aūt cōꝑatio duplex: quedā regularis ⁊ q̄dā irregularꝫ. Cōꝑatio regula
ris est cōꝑatio in qua cōꝑatiu⁹ ⁊ suꝑlatiu⁹ regulariter formant a positi
uo sub ꝯuenientia ꝑncipij ⁊ differentia finis. Uel vbi cōꝑatiu⁹ excedit
positiuū in vna sillaba. ⁊ suꝑlatiuus excedit positiuū in duab⁹. Et ad ta
lem cōꝑationē requirūtur quattuor ꝯditiōes Prima ꝙ in tali cōꝑatiōe
debet esse ꝯuenientia ꝑncipij ⁊ differentia finis in cōꝑatiuo positiuo ⁊
suꝑlatiuo. ⁊ ergo hic nō est ꝯꝑatio regularis: bon⁹ melior optim⁹. simi
liter hic: malus peior pessim⁹ Scđa ꝯditio ꝙ cōꝑatiu⁹ excedat positiuū
in vna sillaba ⁊ suꝑlatiuus in duab⁹. ⁊ ergo hic nō est cōꝑatio regularis
magnificus magnificentior magnificentissim⁹. q̄ cōꝑatiu⁹ excedit posi
tiuū in duab⁹ sillabis. ⁊ suꝑlatiu⁹ in trib⁹. Tertia ꝯditio ꝙ in cōꝑatione
regulari debet esse regularis formatio cōꝑatiui ⁊ suꝑlatiui a positiuo.
et ergo hic nō est cōꝑatio regularis. ardu⁹ magis arduus arduissim⁹. eo
ꝙ ibi non ponit cōꝑatiuus sed ponit aliquid loco comꝑatiui. Quarta

conditio ꝙ in cōparatiōe regulari dꝫ esse idēptitas ⁊ ꝯueniētia significa-
ti. ⁊ ergo hic nō est cōparatio regularis nouus:ior:uissimus vt dictū est su-
perius. Sed cōparatio irregularis est qñ cōparatiuus ⁊ suꝑlatiuus non re-
gulariter formant a positiuo sub ꝯueniētia ꝑncipij ⁊ differētia finis. Et
fit cōparatio irregularis quattuor mōis: Primo ꝑ subtractionē sillabe. vt
iuuenis iunior. Scđo ꝑ additionē sillabe vt magnificus centior centissi-
mus vbi addit illa sillaba cen. Tercio ꝑ mutationē vocis: vt bonꝰ meli-
or optimꝰ. Quarto ꝑ mutationez significati vt nouꝰ:ior:uissimus. Silr̄
potest cōparatio irregularis fieri suppletione vt qñ positiuus cū isto ad-
uerbio magis ponit loco cōparatiui: vt pius magis pius pijssimus.

Notandū scđo gradꝰ ꝯparatiōis cōiter de-

scribit sic. Gradus ꝯparatiōis est nomē ꝯcretiue ꝟcans dispositionē intēsi-
bilem, vel remissibilē augmētabilē vel diminuibilē cū excessu vel sine ex-
cessu. Dicit ꝑmo in diffinitiōe gradus ꝯparatiōis est nomē ꝟcans cōcretie.
Uñ significare ꝯcretiue est significare adiectiue Significare aūt adiectī-
ue est significare substantiā ⁊ accñs. accñs formaliter ⁊ substantiā mate-
rialiter: vt albus formalr̄ significat albedinē. Dicit enī in ꝑdicamentis
albus solā qualitatē ꝟcat: qđ est verū formalr̄. materialit aūt albus sig-
nificat substantiā vł subiectū in quo est. Uñ et ꝯcretū dr̄ a con qđ est si-
mul ⁊ cerno. i. significo: quasi simul cernēs vel ꝟcans duo: et per illā pti-
culā excludūtur noīa abstracta q̄ nō ꝯpant. Dicit scđo in diffinitiōe dis-
positionē intensibilez vel remissibilē. augmentabilē vel diminuibilem.
Pro quo sciendū ꝙ intensio ⁊ remissio ꝓprie ꝯueniūt q̄litatibus. aug-
mentatio aūt ⁊ diminutio q̄ntitati. Unde. Intensio est ꝑexistentis qua-
litatis in subiecto fortificatio vt cum aliqd est modicū albū ⁊ postea fit
magis albū ⁊ dicit intensio quasi intus tensio. Illud enī ꝓprie intendit
qđ suscipit magis vt dicit in ꝑdicamentis. Remissio aūt est ꝑexistentis
qualitatis in subiecto debilitatio. vt cū aliqd est calidū in summo ⁊ po-
stea fit tepidū. Augmētatio aūt est ꝑexistētis quātitatis maioratio. vt
cū aliqd est paruū ⁊ crescēdo ⁊ vegetando fit maius. Diminutio est pre-
existentis quantitatis minoratio. noīa aūt de ꝑdicamento qualitatis
ꝟcant qualitatē intēsibilē. ⁊ remissibilē. vt albus niger. bonus malꝰ. sed
nomina de ꝑdicamēto q̄ntitatis significant dispositionē augmentabilē
et diminuibilē. Dicit tercio in diffinitione cū excessu vel sine excessu. et
in istis ꝑticulis tangit triplex gradus cōparationis ꝑ quos noīa cōpant.
Positiuus tangit cum dr̄ sine excessu. ꝑ positiuū enī res ꝯpant absolu-
te sine oīni excessu vt iohānes est ita bonus sicut petrus. s. ū vero dr̄ cū
excessu. tangit ꝯparatiuus ⁊ suꝑlatiuus. ꝑ cōparatiuū res ꝯpant cū excessu
mediocri. vt sortes est fortior petro. ꝑ suꝑlatiuū aūt ꝯpant res cum ex-
cessu in summo: vt iohannes est fortissimus hoīm. vt enī postea dicetur
Sacerdos nomen appellatiuum: generis communis: numeri singularis: figure simplicis: casus nomiatiui et vocatiui quod declinabitur sic. Nto hic et hec sacerdos. Gto huius sacerdotis. Datiuo huic sacerdoti. Accusatiuo hunc et hanc sacerdotem. Uto o sacerdos. Ablatiuo ab hoc et ab hac sacerdote vel sacerdoti. Et plr. Nto hi et he sacerdotes. Gto horum et harum sacerdotum. Dto his sacerdotibus. Acto hos et has sacerdotes. Uto o sacerdotes. Ablatiuo ab his sacerdotibus.

Felix nomen appellatiuum: generis omnis: numeri singularis: figure simplicis: casus nominatiui et acti et vti quod declinabitur sic. Nto hic et hec et hoc felix. Genitiuo huius felicis. Datiuo huic felici. Accusatiuo hunc et hanc felicem et hoc felix. Uto o felix. Ablto ab hoc et ab hac et ab hoc felice vel felici. Et pluraliter. Nto hi et he felices et hec felicia. Genitiuo horum et harum et horum felicium. Datiuo his felicibus. Accusatiuo hos et has felices et hec felicia. Uocatiuo o felices et o felicia. Ablatiuo ab his felicibus.

Fructus nomen appellatiuum generis masculini: numeri singularis: figure simplicis: casus nominatiui et genitiui et vocatiui quod declinabitur sic. Nominatiuo hic fructus. Genitiuo huius fructus. Datiuo huic fructui. Accusatiuo hunc fructum. Uocatiuo o fructus. Ablatiuo ab hoc fructu. Et pluraliter. Nominatio hi fructus Genitiuo horum fructuum. Datiuo his fructibus Accusatiuo hos fructus Uocatiuo o fructus Ablatiuo ab his fructibus.

Species nomē appellatiuū gñis feminini: numeri singularis: figure simplicis: cas⁹ nominatiui et vocatiui qd declinabit sic. Nominatiuo hec species. Gtō huius speciei. Dtō huic speciei. Actō hanc speciem Vtō o species Ablatiuo ab hac specie. Et plr. Ntō he species. Genitiuo harū specierū. Dtō his specieb⁹. Actō has species. Vtō o species. Abltō ab his speciebus.

Prima declinatio quot litteras terminales habet: Duas. Quas: a ⁊ s. Quot terminationes: Tres. Quas: a as es Da exemplū: a vt poeta. as vt eneas. es vt enchises. Que est agnitio prime declinationis: Hec est cuius genitiu⁹ et datiuus singulares ⁊ nominatiuus ⁊ vocatiu⁹ plurales in ae diphtongon desinūt. Actūs in am correptā. Vocatiuus similis est nominatiuo. Ablatiuus in a productam. Genitiu⁹ pluralis in arū correptam. Datiuus et ablatiuus in is productā Accusatiuus in as productam.

Secunda declinatio quot litteras terminales habet: Tres. Quas: r s m. Quot terminationes: Sex. Quas: er ir ur us eus um. Da exemplū: er vt sacer: ir vt vir: ur vt satur: us vt magnus: eus vt tydeus: um vt templum. Que est agnitio secunde declinationis: Hec est cuius genitiuus singularis ⁊ nominatiuus ⁊ vocatiuus plurales in i ꝓductam desinunt. Datiuus ⁊ ablatiuus in o ꝓductam. Accusatiuus in um correptam. Quādo nominatiuus in r: vel in um desinit similis erit ei vocatiuus. Quando us mutatur in e vt dominus domine. Quando vero in ius: si sint propria nomina abiecta us fit vocatiuus in i: vt virgilius virgili. Et vnū appellatiuum quod est filius o fili. Genitiuus pluralis in orum correptam Datiuus ⁊ ablatiuus in is ꝓductam. Actūs in os productā vel in a correptam.

Tertia declinatio quot litteras terminales habet: Decem. Quas: a e o c l n r s t x. Da exemplum: a vt poema: e vt monile: o vt virgo: c vt lac: l vt mel: n vt nomen: r vt pater: s vt ciuitas: t vt caput: x vt felix. Quot terminationes: Septuaginta octo vel paulo plus. Que est agnitio tertie declinationis hec est cuius genitiuus singularis in is correptam desinit. Datiuus in i productaz. Accusatiuus in em vel in im correptam. Vocatiuus similis est nominatiuo. Ablatiuus in e correptaz vel in i productaz. Nominatiuus et accusatiuus ⁊ vocatiuus plurales in es productam vel in a correptam. Genitiuus pluralis in um correptā. Datiuus ⁊ ablatiuus in bus correptam.

Quarta declinatio quot litteras terminales habet: Duas Quas: s et u. Quot terminationes: Similiter duas. Quas: us et u. Da exemplum: us vt manus: u vt cornu. Que est agnitio quarte declinationis hec est cuius genitiuus singularis et nominatiuus et accusatiuus et vocatiuus plurales in us productam desinunt. Datiuus in ui productam. Accusatiuus in um correptam. Uocatiuus similis est nominatiuo Ablatiuus in u productam. Genitiuus pluralis in uum correptã. Datiuus et ablatiuus in bus correptam.

Quinta declinatio quot litteras terminales habet: Unam. Quam: s. Quot terminationes Similiter vnam. Quam: es productam: vt dies. Que est agnitio quinte declinationis: hec est cuius genitiuus et datiuus singulares in ei diuisas sillabas desinunt. Accusatiuus in em correptam. Uocatiuus similis est nomiatiuo. Ablatiuus in e correptã. Nominatiuus et accusatiuus et vocatiuus plurales in es productam. Genitiuus pluralis in erum correptam. Datiuus et ablatiuus in bus correptam.

¶ Utrũ exemplaris declinatio nominũ

sit bene posita. Pro intellectiõe questiõis. Notandũ pmo q donatus ideo determinauit de exemplari declinatione noim vt iuuenes eo leui9 et melius declinationes nominum intelligerent. exempla enim vt dicit scrũs thomas sup pmo por ponũtur ppter facilitatẽ doctrine. vñ et dicit aristo. pmo por. exempla ponimus nõ q ita sint sed vt addiscẽtes addiscant. Capitur aũt declinatio duplr. Primo cõiter et sic cõphendit

sub se cõiugationẽ: et sic capit cum dicit verbũ declinat. i. cõiugatur de persona in personã de modo in modũ et de tpe in tempus. Alio modo capitur declinatio pprie: et sic solũ cõuenit partibus casualib9: et sic capitur hic. et diffinit sic. Declinatio est nominis in fine per obliquos variatio. Attendit aũt declinatio nois penes gtm et dtm singulares pncipaliter: licz etiã penes formationes alior casuũ. Et hoc est dupliciter. Uel em talis gtus terminat in vocalem vel in consonantem. Si in vocalẽ hoc est duplr. Uel in simplicem vocalẽ. et sic est declinatio secũda vt domini Uel in duplicem et hoc est duplr. Uel explicite sic est quinta: vt speciei. Uel implicite: et sic est pma: vt muse: vbi nos loco ae diphtõgi ponim9 longũ e. Si aũt gtus terminat in cõsonantẽ: hoc est dupliciter. Uel i pcedit s: sic est tercia declinatio: vt sacerdotis vel u pcedit s sic est quarta vt fructus. Et est notandũ q ista nomina magister: musa: scamnũ: sacerdos: felix: fructus: species in littera posita supponũt materialit non quidẽ pro se sed p sibi simili psonaliter accepto et ergo hoc nomẽ magister in littera non est generis masculini sed potius generis neutrius omẽ em no nen materialiter captum est generis neutrius et indeclinabile vt cõiter dicunt grãmatici. sed supponit p ista dictione magister in ista oratione magister legit. vbi hec dictio magister est singularis nũeri simplicis figure generis masculini.

Notandũ scdo q donatus volẽs docere exemplarẽ declinationẽ noim. in eor declinatiõe pponit pnoia articularia hic hec hoc cũ eorũ cõdeclineis. nõ ideo q ista articularia vel eor ppositio dictionib9 in declinãdo esset de essentia declinatiõis: sed fecit hoc ppter informationẽ iuuenũ vt melius et facilius noscerẽt casus dictionũ. fecit etiã hoc ideo vt haberet differentia et distinctio dictionũ in diuersis casibus. reperit em vna dictio diuersor casuũ et certificatio casus nõ habet nisi ex ppositiõe articuli vt hec dictio magistri potest ẽe nti casus in pli et etiã gti in singulari. tñ ex ppositiõe articuli talis diuersitus cognoscit. Cũ em dico hi magistri est nti casus in plurali. si aũt dico huius magistri est gti casus in singulari. Ratio aũt huius quare pronominib9 non pponũtur articularia in declinando sicut noibus est ista quia noia sunt incerta quo ad eor genus et indeterminata ppositio autem articularis facit certitudinẽ in genere noim. pnomia vero sunt certa quo ad eor genus non oportet ergo vt pnoibus pponat articulus. Ratio aũt isti9 quare in declinatiõe nominũ pponũtur hec pnomina hic hec hoc et eorum condeclinia et nõ alia pnomia est ista: quia ista pnoia sunt magis discretiua et certa significãtia. demõstrãt em tam rem psentẽ q absentẽ tã ad sensum q ad intellectũ. Alia autẽ pnoia vt ego tu sui et c. demonstrant tm rem psentẽ et ad sensum. Ratio aũt istius qre vtõ non pponit articulus. quia articulus pponit causa certitudinis faciende. vtũs aũt p se est certus. Etiã ideo. quia pnomia carent vtõ. nõ

potest ergo ꝓnomē vocatiui casus p̄poni vocatiuo. sed vtō p̄ponit̄ ad
uerbiū vocandi o. Ratio q: hoc aduerbiuȝ o significat excitatiue. ⁊ hoc
idem fit p̱ vtm̄ eo ꝙ vtūs est terminus excitatiōis. vt ergo significaret̄
excitatio maior ⁊ eius terminatio intelligeret̄ ꝯueniēter vtō p̄ponitur
aduerbiū vocādi o. Rō aūt huius quare ablrō p̄ponūt̄ articularia cum
p̄positiōe a vel ab est ista. vt habeat̄ differentia inter dtm̄ ⁊ abltm̄ sepi⁹
em̄ dtūs a ablatiuus cōueniunt in terminatione modo ille p̄positiōes
a vel ab important differentiā ablatiui a dtō.

Notandū tercio ꝙ donat⁹ ī littera ostēdit litteras finales in quas noīa p̄me declinatiōis habent terminari. ⁊
dicit ꝙ sunt due. scȝ s et a. terminatiōes autē finales in quas noīa p̄me
declinatiōis terminant̄ dicit ꝙ sunt tres a as et es. a vt musa. as vt ene
as. es vt enchises. Pro quo notandū ꝙ littera terminalis et termina
tio differūt. Littera em̄ terminalis est vltima littera dictiōis. sed termi
natio est vltima sillaba dictiōis. quādoqȝ aūt euenit ꝙ idem sint littera
terminalis ⁊ terminatio vt patet in hac dictiōe maria: hoc nomē nō est
eadē ratione. Intelligit̄ autem littera donati ꝙ terminatiōes noīm p̄
me declinatiōis sunt tres verū est de noībus latinis ⁊ in singulari nūe
ro declinabilibus. Dico notāter noīm latinoꝝ ꝓpter excludere termīa
tiones noīm hebraicoꝝ p̄me declinatiōis vt adam abraham que termi
nant̄ in am. Dico etiam noīm in singulari nūero declinabiliū ꝓpter ista
noīa diuitie nuptie q̄ sunt p̄me declinatiōis ⁊ nō terminātur in aliquaȝ
istaꝝ terminationū. Sed hoc non est ꝯtra litterā quia lr̄a autoris intel
ligit̄ vt dictū est de noībus in singulari nūero declinabilib⁹. Sic similit̄
est dicendū de istis noībus athene thebe. Ostēdit etiā donatus ꝙ noīa
p̄me declinatiōis in singulari nūero in gtō et dtō terminant̄ in ae diph
tongon hoc est longū e. Pro quo notandū. Diphtongus est cōglutina
tio duaꝝ vocaliū in eadē sillaba vim suā retinentiū. Et dicit̄ diphtong⁹
a dya qd̄ est duo ⁊ ptōgus sonus quasi duaꝝ vocaliū son⁹. Et sunt quat
tuor quaꝝ due scribūtur ⁊ ꝓferūtur. s. au ⁊ eu. exem̄ p̄mi: audio. exem̄ se
cūdi: euge. sed alie due scribūtur sed non ꝓferūtur vt ae ⁊ oe. exm̄ p̄mi
vt musae. exemplū scdi coelū. Ostendit etiā donatus ꝙ noīa prime de
clinatiōis in dtō ⁊ ablrō plurali terminant̄ in is qd̄ veꝝ est in plurium.
Sūt em̄ etiam aliqua noīa p̄me declinatiōis que in dtō ⁊ ablrō plurali
terminant̄ in bus ⁊ hoc cōtingit in illis noībus p̄me declina. q̄ termināt
tur ī ⁊ a formant̄ a noīe masculini gn̄is terminatio in us ⁊ neutrū nō se
quit̄ p̱ um vt anima aīabus. ⁊ cū hoc requirit̄ ꝙ in illis sit discretio sex
us vt patet in his metris. A veniens ex us sine neutro transit in abus.
Hinc aīatoꝝ sint discernētia sexum. Filia mula dea cū libertab⁹ equab⁹.
His asinā iungas aīabus dn̄abus. Et famulā seruaȝ p̄dictis annūerabis.
Et si sunt plura tamē vsus nō tenet illa. ¶ Ostendit ꝯsequēter donatus
in textu ꝙ littere in quas terminantur noīa scd̄e declinatiōis sunt tres

Littera termi
nalis et termi
nacio differunt

49

aliqua em̄ terminant̄ in r vt magister. aliqua in s: vt dn̄s. aliqua in m:
vt templū. Termiatiōes aūt noīm scd̄e decli. sunt sex. er vt magister. ir
vt vir. ur vt satur. us vt magnus. eus vt tydeus. um vt templū. Tres au
tē ponit regulas donat⁹ de formatiōe vti vt in noībus scd̄e de. Pria qn̄
ntūs in noībus scd̄e decli. terminat̄ in ius. si sint ꝓpa nomīa tūc abiecta
us fit vtūs in i. Ut tn̄ distinctius cognoscat̄ que noīa ꝓpria habēt ei in
vtō ⁊ que ti cōiter grāmatici duas ponūt regulas quaꝝ p̄ma est. Noīa
propria terminata in ius que ab origine habēt t in vtō habent ti. vt lau
rentius laurēti. dicit̄ em̄ laurētius q̄si laureā tenens. sic vincētius dicit̄
quasi victoriā tenēs. Scd̄a regula. noīa ꝓpria in ius termīata q̄ ab ori
gine habēt c vtm̄ casum termināt in ci. vt bonifacius bonifaci: dr̄ em̄ bo
nifacius q̄si faciēs bona. has regulas alij dicunt sub alijs verbis. Noīa
propria q̄ terminant̄ in cius que hn̄t vocalē ante cius habent ci in vtō:
vt bonifacius faci. Sed illa noīa ꝓpria in ius terminata que habēt ꝯso
nantē ante cius hn̄t ti in vtō vt laurentius ti. Scd̄a regula de formatio
ne vti in noībus scd̄e declina. est hec. Quādo ntūs nois scd̄e decli. ter
minatur in er vel in um tūc vtūs est similis ntō in terminatiōe. exem̄ de
er vt magister. exem̄ de um vt scamnū. Tercia regula qn̄ ntūs termina
tur in us: tunc vtūs formatur mutādo us in e: vt dn̄s dn̄e: et ergo dicit in
textu. quādo in ius: respondet mutatur in e.

Notandū quarto ⁊ vltimo. Qz donatus
ostendēs de tercia declinatiōe noīm dr̄: ꝙ decē sunt littere terminales
et finales in quas terminant̄ noīa tercie declinatiōis. aliqua em̄ termi
nant̄ in a vt dogma. aliqua in e vt monile. aliqua in o vt homo. aliqua ī
c vt lac. aliq̄ in l vt mel. aliqua ī n vt nomē. aliqua in r vt pater. aliqua in
s vt ciuitas. aliqua in t vt caput: ⁊ aliqua in x vt felix. Terminatiōes aūt
in quas noīa tercie declinationis terminant̄ sunt septuagintaocto vel
pauloplus. que scilicet sunt dissimiles quo ad essentiā. et etiam quo ad
quantitatē simul: quod notāter dicit̄: quia loquēda determinationib⁹
nominū tercie declinatiōis que sunt dissimiles solū quo ad essentiā nō
essent septuagītaocto. sed vix septuaginta. Pro quo notandū ꝙ iste ter
minatiōes dicūtur dissimiles quo ad essentiā que nō cōponūtur ex eis
dem litteris. vt is ⁊ es. Sed iste dicūtur dissimiles quo ad quātitatē q̄
sic se habēt ꝙ sunt cōposite ex eisdē litteris. tamē vna corripit̄ et alia ꝓ
longat̄. vt is quādoqȝ est breue ⁊ correptū vt canis. quādoqȝ vo is est
ꝓductū vt lis litis. Cōponit̄ aūt septuagintaocto a septuaginta ⁊ octo
et est septuagintaocto pluralis nūeri: vt hi ⁊ he ⁊ hec septuagintaocto
Septuaginta aūt cōponit̄ a septē ⁊ gintos qd̄ valet tm̄ sicut decē ⁊. di
citur septuaginta quasi septies decē. Pauloplus aūt est aduerbiū quan
titatis ⁊ valet tm̄ sicut modicoplus. sicut paulominus valet tm̄ sicut mo
dicominus. Et dicit̄ a nomē paulus paula paulū. qd̄ valȝ tm̄ sicut modi
cus modica cum. Ostēdit postea donatus in textu. ꝙ littere termiales

in quas terminant noia q̄rte declinatiōis sunt due s ꝛ u similiter terminationes: exēplū p̄mi vt fructus manus· exēplū scđi vt cornu. Declinant aūt nomina quarte declinatiōis in u terminata solū in plurali sed in singulari sunt indeclinabilia. vn̄ alex. U nō mutabis donec pluralem videbis Jn fine ostendit ꝙ q̄nta declinatio habet tantū vnā litterā terminalē: ꝛ similiter terminationē in quā noiā q̄nte declinatiōis habent terminari. scꝫ s vt species. Ponūt aūt grāmatici cōiter duas regulas dē formatione gt̄i in noībus q̄nte declinationis. Prima regula est ista: Noīa q̄nte declinatiōis que habēt vocalē ante ei illa in gt̄ō debēt ꝑducere ei. vt spes speciei Scđa regl'a est hec. Noīa q̄nte declinatiōis que habent ꝯsonantē ante ei illa in gt̄ō debēt corripere ei· vt fides fidei.

Jstis notabilibus sic stātib' est ꝯclusio

respōsalis. Exemplaris declinatio noīm a donato est sufficiēter assignata. patet v̄itas ꝯclusionis ex his que dicta sunt in notabilibus.

Ar Primo. Exemplaris declinatio nominū a donato posita est male ordiata. igit. Probat. q2 p̄us debuit declinare hoc nomē musa q̄ꝫ hoc nomē magister. Probat. p̄mū est ante scđm. sed musa est prime declinatiōis ꝛ magister scđe. ergo. Maior est nota Minor similiter. Dico verū argumentū ꝯcluderet si donatus in exemplari declinatiōe nominū attenderet ordinē declinationū. sed attendit ordinē generū: modo masculinū est ante feim. gen⁹ em̄ mas. capit a ꝓꝑetate actiua: femininum vero a ꝓprietate passiua: modo agens prestātius est passo: tercio de anīa ꝛ precedit ipsum.

Ar Scđo. Processus donati est sufficiēs. igit. Probat. quia non docet declinare nomina ꝓpria vt notū est. Dico ꝙ declinatio nominum ꝓprioꝝ cōprehendit sub declinatione noīm appellatiuoꝝ. Uel dicendū ꝙ donatus docet declinare noīa que declinabilia sunt in vtroq̄ꝫ numero. nomina aūt ꝓpria solū declinant in singulari numero.

Ar Tercio. Littera donati est intelligibilis. igitur male posita. Probatur. quia in ea ponūtur plura nomīa sine regēte dictiōe. igitur est in intelligibilis Tenet ꝯn̄a. q2 oratio intelligibilis ꝯstituit ex dictiōe regēte ꝛ recta. Añs patet. quia in ea ponūtur ista noīa. magister nomē appellatiuū. ꝛ nō habēt dictiōeꝫ vn̄ regātur. Dico licet nō habēt dictionem regentē expresse tamē implicite habent. q2 ibi subintelligitur verbum substantiuꝫ iuxta illā regulā. Multociens verbū substantiuū petis extra. ꝛ valet tm̄ magister est nomen appellatiuum.

Ar Quarto. Magister nō est nomē. Probat. eius partes sunt aduerbium. igit magister est aduerbiū. Tenet ꝯn̄a. q2 totū nō est aliud nisi sue ꝑtes p̄mo phisic. Sed añs patet. q2 magis est aduerbiū sil'r ter. Dico verū argumentuꝫ cōcludit ꝙ magis ꝛ ter sunt partes hui⁹ nominis magister: qđ est verū partes ethimologisationis: sed nō ꝯpositiōis modo autoritas predicta intelligitur ꝙ partes cōponentes simul sumpte non sunt aliud nisi suum totum.

Ar Quinto. hoc nomē magister nō est simplicis figure. Probat autoritate iohānis ianuensis in catholicon qui ostēdit ꝙ hoc nomē magister cōponit a maior ꝛ sterion grece qđ est status latine: q2 magister est in statu ꝛ dignitate maior q̄ꝫ discipulus. Dico veꝝ argumentuꝫ ꝯcludit ꝙ iohānes ianuensis dicēs ꝙ magister est cōposite figure cepit figurā compositā cōiter ꝑ ethimologisatione et nō compositione ꝓꝑe

Ar dicta qua dictio dicitur esse composite figure.

Sexto. Littera donati est in intelligibilis. ergo male posita. Probatur sic. q2 hec oratio: ntō hic magister: est in intelligibilis. Pobat. q2 est impfecta. igitur est in intelligibilis. Tenet ꝯsequētia. q2 oratio impfecta causat impfectū sensum. Añs patet. q2 in ea nō ponit appositum modo oratio pfecta est ex supposito et apposito. Dico ꝙ licet in p̄dicta orōne nō ponit appositū expresse tamē implicite subintelligit hoc verbum dicit vel ponit vel declinat: ita ꝙ predicta oratio valet tm̄ in ntō declinat hic magister. Et sic ibi cōmittit vna figura que dicit eclipsis: que fit quādo in oratiōe subintelligit et nō ponit expresse aliquod verbum qđ tamen requirit ad perfectū sensum faciendum.

Ar Septimo. Nomīa prime declinatiōis in gt̄ō nō habēt e ꝓductū. Probat. quia habent y autoritate Uirgilij q2 dixit. Aulay in medio libabant pocula bachi. Dico ꝙ hoc est per figuram q̄ dicit dieresis que habet fieri quando syllaba longa diuidit in duas breues: vt hic aulay pro aule. vn̄⁹. Pro firi fieri dicas dieresis extat.

Ar Octauo. Nomina scđe declinatiōis non terminā̄t gtm̄ in i: igit. Probat. terminā̄t gtm̄ in ius. Probat de istis vnus solus totus. Dico ꝙ littera intelligit de noībus scđe declinatiōis que nō habēt genitiuū ꝛ dtm̄ similē ꝓnoībus scđe declinationis: modo vn⁹ solus totus

Ar habent gtm̄ et dtm̄ similē noībus scđe declinationis.

Nono Pauciores sunt littere terminales noīm tercie declinationis q̄ꝫ decē. Probat q2 solū sūt tres. Probat. q2 oīe nomē tercie decli. aut terminat in vocalē aut in semiuocalē aut in consonantē: Dico ꝙ tm̄ tres sunt terminatiōes noīm tercie declinatiōis scđm genus subalternum distincte: sed littera intelligit ꝙ sunt decē s̄m speciē specialissimā.

Ar Decimo. Autor est diminutus. Probat. q2 dicit ꝙ terminatiōes noīm tercie decli. sūt septuagintaocto vel pauloplus et non enumerat ipas. videt g̊ ꝙ est diminut⁹. Dico ꝙ veꝝ argu. ꝯcluderet si hoc faceret donat⁹ sine causa: sed facit hoc ideo ne tediū afferat legētibus.

Ar Undecimo. Plures sunt terminationes noīm tercie decli. q̄ꝫ septuagintaocto. Probat. q2 id etiā est vna vt dauid dauidis. siml'r ub vt cherub. aliqua aph vt seraph. Dico ꝙ littera donati intelligit de noībus latinis: ista aūt noīa sunt hebraica aut greca et nō latina.

Ar Duodecimo. Nomīa quinte declinatiōis nō terminā̄t gtm̄ in ei. Probat. q2 si sic sequeret ꝙ hoc nomē bartholomeus esset quinte

declinatiōis qḋ est falsum. Patet sequela: quia terminat gtīm in ei. Dico ꝙ non sufficit ꝙ nomē quinte declinatiōis terminat genitiuū in ei: sed etiam requiritur ꝙ terminet datiuū in ei. modo hoc nomen bartholomeus terminat datiuū in o. et ergo argumentum nō concludit



Pronomen quid est? Pars oratiōis que pro nomine posita tantundē pene significat personamq̄ interdum recipit.

¶ Utrū diffinitio ꝓnoīs a donato posita sit bene assignata. Pro intellectione questiōis more. Notandū p̄mo ꝙ ratio ordinis quare donatus statim post nomen determinauit de ꝓnoīe. q: nomē et ꝓnomē habent eundē modū significādi generalē. s. significare per modū entis ⁊ substantiā: licet habeāt modū significādi formalem diuersū. q: nomē significat ꝑ modū determinate apph̄ensiōis ꝓnomē vero ꝑ modū indeterminate apph̄ensiōis. et ergo ꝓpter affinitatem mōi significādi noīs cum ꝓnomīe donatus statim post nomē determinat de ꝓnoīe. Pro diffinitiōe ergo ꝓnoīs intelligēda. Sciendū diffinitū p̄sentis diffinitiōis est ꝓnomē non ꝓ se sed ꝓ suis signatis captū: signata aūt ei⁹ sunt oīa ꝓnomīa. Pro genere aūt diffinitiōe ponit pars oratiōis ⁊ capitur eodē modo sicut in diffinitione noīs. postea dicitur que pars oratiōis. s. ꝓnomē ponit ꝓ noīe. Notandū ꝙ ꝓnomē ponitur loco nomīs tribus mōīs. Primo officio tm̄: qn̄. s. ꝓnomē hab; officium noīs. officiū eīn noīs est reddere suppositū verbo ꝑsonali: modo hoc ꝓnomen h; etiam vt ego lego. Scḋo ꝓnomen ponit loco noīs significatione tantū quando. s. ꝓnomina significant idē sicut nomina loco quoꝝ ponūtur nō tamen habent officiū noīs vt iohānes currit ⁊ illum diligo: vbi hoc ꝓnomē illum ponit loco illius noīs iohānes: tamen nō habet officium nomīs: quia nō reddit suppositū verbo ꝑsonali. Tercio pronomē ponit loco noīs officio ⁊ significatiōe simul: quādo. s. ꝓnomē reddit suppositum verbo ꝑsonali sicut nomen ⁊ etiā significat idem qḋ nomen vt iohānes currit ⁊ ille mouetur.

Notandū scḋo. In diffinitiōe dicit ꝙ pronomen ponit loco nomīs: ⁊ in ista tangit causa inuentiōis ꝓnoīm. Unde generaliter vt grāmatici ostendūt sex de causis ꝓnoīa sunt inuenta. Primo causa necessitatis: omne eīn nomen erat tercie persone excepto vocatiuo: ⁊ sic nomina nō poterāt reddere suppositū verbis p̄me ⁊ secunde ꝑsone: vt ergo ille defectus adimpleret tūc inuenta sunt ꝓnoīa. Scḋa causa est causa cōmoditatis ⁊ decentie: causa. s. dubij remouēdi: idē eīn nomē sepius in oratiōe positū causat dubiū ⁊ tediū: sed cū ꝓnomē ponitur loco illius nominis tollit tale dubiū: vt cū dico: ayax venit ad troyā ⁊ ayax pugnauit. est dubiū si sermo fiat de eodē ayace: vel non: sed cum dico: ayax venit ad troyā ⁊ idē ayax pugnauit: est certitudo ꝙ idem ayax qui venit ad troyam etiā idē ayax pugnauit. Tercio ꝓnomina sunt inuenta causa demonstratiōis ⁊ relationis faciēde: lic; eīn etiā per ꝓnomina fit demonstratio ⁊ relatio: non tamē ita certa ⁊ ꝓprie sicut ꝑ ꝓnomina. Quarto ꝓnomina sunt ad inuenta causa discretionis faciende que sine ꝓnominibus fieri nō pōt. Unde discretio est attributio alicuius actus vel passiōis alicui rei cū exclusione illius actus vl' passionis ab alijs rebus: vt cū dico ego lego hic est distretio: quia actus legendi attribuit mihi et excludit ab alijs rebus: valet eīn ego lego ⁊ nullus alter legit. Quinto ꝓnoīna sunt inuēta causa ſ̄cantie faciēda. Unde significātia est attributio alicuius actus vel passiōis alicui ꝑsone vel rei cū exclusione illius actus vel passionis ab alijs ꝑsonis ⁊ rebus: non simpliciter: sed ꝑ modū excellentie: vt cū dicit viuo ego dicit dn̄s: hic actus viuēdi attribuit dn̄o deo per excellentiā ⁊ excludit ab alijs rebus: valet eīn hec oratio tm̄. ego deus viuo ⁊ nullus ita excellēter viuit sicut ego. deus eīn viuit ꝑ essentiā: nos aūt ꝑ participationē sue bonitatis: vt dr̄ p̄mo celi. Ab hoc quidē ente cūctis deriuatū est esse ⁊ viuere. his quidem clarius his vero obscurius. Sexto ꝓnomina sunt inuenta causa conceptionis ⁊ euocationis faciende: cōceptio enim ⁊ euocatio non potest fieri sine pronominibus.

Notandū tertio: ꝙ donat⁹ in diffinitiōe ꝓnominis dicit ꝙ! ꝓnomē ponit loco nominis. Sciendū ꝙ ꝓnomē ponitur indr̄īter loco nominis appellatiui ⁊ etiā ꝓprij: exem̄ primi homo currit ⁊ ille mouet: exem̄ scḋi iohānes currit ⁊ ille legit. ꝯuenientius tamen ponit loco nominis ꝓprij q̄; appellatiui: qnimo si aliqn̄ ꝓnomen ponit loco nominis appellatiui: tn̄ in illo appellatiuo loco cuius ponit subintelligitur nomē ꝓpriū. Cum eīn dico hō currit ⁊ ille mouet: hoc ꝓnomen ille ponit loco ꝓprij nominis: Rō q: ꝓnomen ille in p̄dicta oratione significat hominē qui currit: modo actus currendi ꝯuenit rei singulari. Dicit eīn p̄mo methaph̄. Actus sunt suppositoꝝ ⁊ singularium. Rō aūt istius quare ꝯuenientius ponit loco nominis ꝓprij q̄; appellatiui est ista quia nomina ꝓpria significant certe ⁊ determinate sic etiā ꝓnoīa posita i demōstratiōe ⁊ relatiōe etiā certe ⁊ determīate ſ̄cāt: ⁊ ergo ꝯuenient ꝓnomen ponit loco nominis ꝓprij. ¶ Pro latiori declaratione diffinitionis. Donatus dr̄ ꝙ ꝓnomē tantūdē pene significat sicut nomen. in quo donatus inuit ꝯuenientiā ꝓnominis cū nomine. ambo enim significāt substantiā: licet dr̄īter. nomē enim significat substantiā per modū determinate apph̄ensionis: ꝓnomen vero ꝑ modū indeterminate apph̄ensionis. vt dicit inferius. Et tantūdē ꝯponit a tantum et idem: licet scḋm alios a tantū ⁊ demū. Eius aūt declinatio patet in his

merris. Tantūdē neutrū dat tantidē gtī Deficit in reliquis totidē plurale fit oīs Sed pene ē aduerbiū silitudinis ⁊ valet tm̄ sicut q̄si. Alij tm̄ dicūt ꝙ est aduerbiū remissiuū: inde deriuat̄ penitus. ¶ Ultio donatꝰ dicit in diffinitiōe ꝑsonāq̨ interdū recipit. Uñ ꝓnomē recipere ꝑsonā possumus itelligere dupliciť. Uno mō inquantū ꝑsona capit̄ ꝓ accñte qđ est ꝑsona. Et sic recipe ꝑsonā est recipe ꝑdicationē huius accñtis ꝑsona. ⁊ sic ꝓnomē nō dicit̄ in ꝓposito recipere ꝑsonā: qꝛ ꝓnomē semꝑ hꝫ ꝑsonā: oīe em̄ ꝓnomē aut est ꝑme aut scđe aut tercie ꝑsone. Scđo capitur ꝑsona pro certo ⁊ determinato significato: et sic capit̄ hic ꝑsona. pronomē ergo recipit ꝑsonā. i. certam ⁊ determinatā rem significat in demōstratione et relatiōe. Dicit em̄ ꝑscia. ꝑmo minoris. Pronomē ad oīe suppositū mūdi ptinet. i. quātū est de vi vocis ꝓnoīalis nullā certam rem ꝟcat vt dicet̄ inferius. sed certitudinē significati recipit ex demonstratione ⁊ relatiōe. Dicit em̄ ꝑscia. ꝑmo minoris Pronoīs demonstratio vel relatio est eius vltimata significatio: quicqd enim pronomē demonstrat vel refert hoc etiam signficat.

Notandū quarto ⁊ vltio: ꝙ modus sig-

nificandi ꝓnominis scđm autorē modoꝝ significādi: est ꝟcare ꝑ modum entis ⁊ indeterminate apꝑhensionis. Pro quo modo significādi intelligendo. Sciendū ꝙ ꝓnomē habet duplicē modū significādi gn̄alem. et specialē. Generalis est significare ꝑ modū entis: ⁊ in isto mō ꝟcādi ꝯuenit cum noīe: nomē em̄ etiā significat ꝑ modū entis: ⁊ iste modus ꝟcādi ꝓnominis est materialis. Modus significandi aūt formalis ꝓnominis est significare per moduꝫ indeterminate apprehēsionis: et iste ē modꝰ significādi formalis ꝓnoīs per istum em̄ pronomē distinguitur a noīe. Unde aūt capitur modus significandi ꝑ modum entis: ⁊ quid sit significare per modū entis dictum est sufficienter in noīe vnde non oportet hec hic repetere: dicit̄ em̄ octauo topico. conturbat quod frequētatur Pro intellectiōe aūt istius vnde sumitur modus significandi formalis pronoīs scilicꝫ significare per modū indeterminate apprehēsiois. Notandū est scđm autorem modoꝝ significādi ꝙ modus ꝟcandi ꝑ moduꝫ indeterminate apprehēsiōis habet ortum a ꝓprietate vel a modo eēndi materie ꝑme: qui modus essendi est ꝙ ipsa materia ꝑma scđm se est indifferēs ad omnē formā sibi possibilē: cuius rōnem aristo. ꝑmo phisi. assignat. Ostendit em̄ ꝙ materia ꝑma est pura potentia nullā formam actu includens nec aliquā excludēs. Unde ⁊ materia prima nō est nihil sed est ꝓpe nihil creata vt dixit augustinus. Si ergo materia ꝑma est in potentia ad omnē formā cōcludit̄ ꝙ ipa scđm se est indifferēs ad omnem formā: hoc tamen specialius ⁊ latius declarat̄ primo phisicoꝝ. Ab ista ergo ꝓprietate materie ꝑme que est ꝓprietas indeterminationis: determinabilis tamē sumit̄ modus significādi ꝓnominis formalis scilicet significare ꝑ moduꝫ indeterminate apꝑhensionis: nō sic ꝙ ꝓnomē

materiā primā significaret: sed quia ex modo essendi repto in materia ꝑma intellectus noster mouet̄ ad significandā aliq̄ꝫ essentiā: sic indeterminatā de se ad imponēdaꝫ sibi vocē sub mō essendi indeterminate: est ergo ꝓportio ⁊ ꝯueniētia inter modū essendi materie ꝑme ⁊ modū significādi ꝓnoīs. sicut em̄ materia ꝑma est indifferēs ad oīeꝫ formā sibi possibilē vt dictuꝫ est. sic ꝓnomē nullā certā rem ꝟcat: sed est indifferēs ad omne ꝟcatū. ꝓlata em̄ voce ꝓnoīali nullū certū significatuꝫ inde habet̄ vt cū dico: ille: absolute substantiā quidē ꝟcat. sed nullā determinate: sed certitudinē sue ꝟcatiōis ꝓnomē accipit ex demonstratiōe ⁊ relatione: sicut materia ꝑma modū essendi determinatū recipit a forma q̄ dat esse materie: ⁊ etiā ipam ad esse specificū ducit ⁊ determinatū. sed cū dico iste hō: homo determinate ꝟcat hominē eo ꝙ demonstrat certe hominē. Hūc g° modū ꝟcandi ꝓnoīs recte alij grāmatici expsserunt dicentes. Pronomē ꝟcat substantiā sine qualitate. in eo ꝙ dico substantiā tango modū ꝟcandi ꝓnoīs generalē: scꝫ significare ꝑ modū entis. Sed in eo ꝙ dico: sine qualitate: tango modū significandi formalē ꝓnomis: scilicet significare ꝑ modū indeterminate apprehensionis.

Istis sic stantibꝰ est cōclusio respōsalis.

Diffinitio ꝓnoīs a donato est sufficienter assignata. Ueritas huiꝰ ꝯclusionis patet. Diffinitio illa est bona que indicat naturā diffiniti: sed diffinitio ꝓnominis est huiusmodi ergo est bene assignata. Tenet ꝯn̄a in datij virtualiter maior est boetij in lib. diffinitionū. diffinitio em̄ debet indicare ⁊ ostēdere naturā diffiniti. dicit em̄ cōmentator. vij. metha. diffinitio est ꝟmo q̄ditatis ⁊ essentie. Minor patꝫ ex declaratione.

Ar primo. Ordo donati in locatiōe ꝓnoīs nō valꝫ. ergo. Probatur añs. verbū debet poni post nomē. g° nō ꝓnomē. Probat̄ añs. ex nomine ⁊ ꝟbo ꝯstituit̄ oratio ꝑfecta sicut totū ꝯpositū ex materia ⁊ forma. igit̄. verbū debet sequi nomē. Tꝫ ꝯn̄a. qꝛ actus ⁊ potētia debēt esse ꝯiūcta vt ꝑꝫ. ij: de aīa. et. ix. metha. Et etiā patet autoritate prisciani qui statim post nomē posuit verbū. Dico veꝝ argm̄ ꝯcluderet si donatꝰ habuisset talē respectū ⁊ ꝯsideratconē: sed donatꝰ habuit aliū respectū videlicet istū: ꝙ ipm ꝓnomē ꝯuenit cū nomine in significato. qꝛ vtrūq̨ significat substantiā licet nō eodē modo ⁊ ergo ꝓpter hanc affinitatē significationis donati posuit ꝓnomē immediate post nomen.

Ar Scđo. Pronomē non ponit̄ loco nois. ergo. Probat̄. vnā parteꝫ ponere ꝓ alia est vitiū sed nomē ⁊ ꝓnomē sunt partes distincte ergo ꝓnomē nō ponit̄ loco nois. Maior est donati in libello de barbarismo ⁊ soleocismo. Minor est nota: qꝛ nomē ꝓnomē habēt distinctos modos ꝟcandi essentiales ⁊ formales ꝑ quos distingunt̄ ꝑte oratiōis inter se. Dico verū argm̄ ꝯcludit ꝙ ponere vnā partē ꝓ alia que nec in modo significandi materiali nec officio conueniunt hoc est vitium: vt prepositionē ꝓ nomīe. sed poner̄ vnam partem pro alia que in modo

ficandi materialr queniūt. hoc nō est viciū. sic aūt est de noīe z pnoīe.

Ar Tercio. Pronomen nō ponit loco nominis. ergo. Probat. qz nec loco nominis pprij nec loco nominis appellatiui. Nō loco nominis pprij: qz cū dico homo currit z ille mouet: hoc pronomē ille ponit loco illius nominis appellatiui scz homo. Nec etiā ponit loco nominis appellatiui. Probat autoritate prisciā. xij. maioris in capitulo de pnomine qui ostendit qꝫ pnomen ponitur loco nominis pprij tantū. Dico verū argumentū pcludit qꝫ pnomē semp ponit loco nois pprij cuius causa est dicta in tercio notabili. Et licet aliquādo ponit loco nominis appellatiui: tn̄ in illo noīe appellatiuo solet intelligi nomē pprium.

Ar Quarto. Pronomina nō ponūtur loco nominis pprij. ergo solutio nō valet. Probat añs de pnominibus possessiuis que nō ponuntur loco nominū ppriorum. Probat. incertū non ponit loco certi: sed pnomina possessiua ficant incerte: ppria aūt certe: ergo pnomina possessiua nō ponunt loco nominū ppriorū. Maior est nota. Minor patet. qz pnomina possessiua ficant duplicē psonaz: possessorē z rem possessam. z sic significāt plura et multa: vbi aūt est pluralitas ibi est incertitudo. Dico verum argumentū pcludit qꝫ pnomina possessiua significant incerte z indeterminate extra demonstrationē et relationem: sed in demonstratione z relatione significant certe.

Ar Quinto. Ex diffinitiōe sequit falsum. ergo. Probat. ex diffinitione sequit qꝫ apostolus esset pnomē: similiter phs. Probat quia hoc nomē apl's ponit loco nominis pprij. s. paulus: z significat determinatā rem: similiter hoc nomē phus ponit loco illius nominis aristoteles. Dico verū argm̄ pcludit qꝫ hoc nomē phus ponit loco huius nominis aristo. z aplus loco illius nois paulus: sz nō rōne demōstratiōis et relationis: sed hoc ē causa excellentie vel anthonomasie. pnomē aūt ponit loco nominis pprij ratione demonstratiōis z relationis.

Ar Sexto. Ex diffinitione pnominis seqtur qꝫ hoc relatiuū qui relatiue tentū esset pnomē qd est falsum. qui em̄ est nomē z nō pnomen: vt pbabit inferius. Probat seqla ex diffinitione: hoc em̄ relatiuū qui ponit loco nominis z significat idem sicut nomē z recipit psonā id est quandoqꝫ certā z determinatā rem ficat: quādoqꝫ aūt incertā: vt in demonstratione z relatione significat certā: extra demōstrationē vero z relationē significat incertā rem. Dico qꝫ nō sufficit ad dictionē que debet esse pnomē qd ponit loco nominis: sz requirit qꝫ nō resoluatur in certiorē modū significādi. qz pnomen in demonstratione z relatiōe certissime significat: modo ly qui relatiue captū resoluit in certiorē modū significandi quia resoluitur in et: et in ille: vt dicit hugo. quia hec homo currit q mouet: resoluit sic: hō currit et ille mouet.

Ar Septimo. Pronomē nō recipit psonam. ergo diffinitio nō valet. Probat. nihil recipit illud qd habet: sed pnomen semp habet psonam. ergo. Maior est nota: qz aliquid recipit illud qd non habet Minor. qz quocunqꝫ pnomine dato ipsum ē alicuius psone. aut pme aut secūde aut tercie. Dico qꝫ psona in diffinitiōe nō debet capi p accīte sed pro certo z determinato significato: vt dictū est in tercio notabli.

Ar Octauo. Pronomē nō significat p modū indeterminate apphensionis. ergo modus significandi pnominis nō valet. Probat añs. quia si sic sequeret qꝫ hoc nomē homo esset pnomē quod est falsuz. Probat sequela: qz hoc nomē homo significat p modū indeterminate apphensiōis. dicit em̄ hiligā homo hominē significat z tn̄ nullū certū hominem ficat Si ergo nō significat certū hominē: pcludit qꝫ homo ficat per modum indeterminate apprehensiōis. Dico veꝝ argm̄ concludit qꝫ homo significat indeterminate respectu suppositoꝝ. qz nullū significat adequate: ratione tamē significatiōis vltimate significat determinate: qz determinate significat naturā humanā. pnomen autem significat indeterminate ratione significationis essentialis.

Pronomini quot accidunt? Sex. Que? Qualitas Genus. Numerus. Figura. Persona. Casus. Qualitas pnominum in quo est? Duplex est. Quomodo? Aut enim finita sunt pronomina: aut infinita. Que sunt finita? Que recipiunt personas: vt ego tu ille. Que sunt infinita? Que nō recipiunt personas; vt quis que quod.

¶ Utrum tm̄ sex sint accn̄tia pnominis

Et vtrū qualitas pnois sit duplex. Pro intellectiōe qstiōis more. Notandū pmo qꝫ hec qstio duo querit Primo querit vtrū tantū sex sint accidētia pnois. s. qualitas: genus: numerus: figura: psona: z casus Scdo querit vtrū tm̄ duplex sit qualitas pnois. s. finita z infinita. Pro intellectione ptis pme notandū qꝫ demonstratio z relatio etiā sunt accn̄tia pronois. accidit em̄ pnomini capi relatiue vel demonstratiue. in oratione capitur relatiue vel demonstratiue: extra orationē aūt non capit demonstratiue aut relatiue Sciendū ergo qꝫ demōstratio est rei subiecte oculis vel subiecte tanqꝫ certa repsentatio. In qua diffinitione tangit duplex demonstratio: scz ad sensum z ad intellectū: cum dicit rei subiecte oculis: tangitur demōstratio ad sensum. Cū vero dicit vel tanqꝫ subiecte oculis: tangitur demōstratio ad intellectū. Unde demōstratio ad sensum est quādo res demōstrata subiacet visui. Et est duplex. s. psona-

lis ⁊ impersonalis: Personalis est quādo idē in numero qḋ demonstratur etiā intelligit: vt dicendo iste homo currit. Sed impersonalis est quādo nō idē in numero qḋ demonstrat intelligit sed aliud: vt cū dico hec herba crescit in orto meo. hic vnū demonstratur suple herba ꝑsens oculis: ⁊ alia herba intelligit. Similiter cū sacerdos benedicit sal: dicit. Heliseus misit te a quis: hic vnū sal demonstrat ⁊ aliud intelligitur. Demonstratio aūt ad intellectū est quādo res demōstrata nō subiacet visui: vt hic deus: demōstrando deū. deus em̄ visui nō subiacet: dicit enim scriptura. Deū nemo vidit vnq̄. Relatio aūt describit sic. Relatio est antelate rei recordatio: vt homo currit et ille mouet. Et intelligit sic. Relatio est recordatio. i. reiteratio añ late rei. i. antecedētis. relatiuum em̄ facit scd̄am noticiā de añte Illud em̄ quod añs significat ꝑmarie: relatiuū significat scd̄ario: relatiuū em̄ vt dicūt grāmatici capit significationē ab añte. Duplex aūt est relatio quedā ꝑsonalis ⁊ quedā simplex. Relatio ꝑsonalis est quādo añs ⁊ relatiū supponūt ꝓ eadē re in numero vt iohānes currit ⁊ ille mouet. Relatio simplex est quādo añs ⁊ relatiuū nō supponūt ꝓ eadē re in nūero: sed bene in specie: vt mulier saluauit q̄ damnauit. In qua orōne añs mlier supponit ꝓ vgine glosa q̄ salutē dedit: ⁊ relatiuū q̄ supponit ꝓ eua q̄ induxit damnationē.

Notandū scd̄o: pro scd̄a parte questiōis

intelligēda ꝙ qualitas ꝓnoīs diffinit sic. Est ꝓprietas ꝓnoīs attributa ei ea ratiōe qua ꝓcat ꝓcatū suū certe vel incerte: in demonstratiōe et relatione certe. extra demonstrationē ⁊ relationē aūt ⁊ incerte. In ista ergo diffinitiōe tangit duplex qualitas. s. finita ⁊ infinita. Qualitas finita est ꝓprietas ꝓnominis attributa ei ea ratiōe qua ꝓcat significatū suum vel significata sua certe ⁊ determinate vt ego curro. Unde est regula generalis de ꝓnominibꝰ q̄ sunt finite qualitatis. Om̄e ꝓnomē siue primitiuū siue deriuatiuū positū actualiter in demonstratiōe ⁊ relatione semꝑ est finite qualitatis. exem̄ de ꝑmitiuo ego curro. de deriuatiuo meus asinus currit. Et hoc tetigit donatꝰ in textu cū dixit. que sunt finita que recipiunt ꝑsonas. i. que significant certā ⁊ determinatā rē: ⁊ hoc fit in demōstratiōe ⁊ relatiōe. Et licet ꝓnomina finite qualitatis significant certā rē: nō tamē ꝓpter hoc debēt dici ꝓꝑe qualitatis. q: dictio ꝓprie q̄litatis significat certā rē ⁊ vltra hoc significat modū determinate apphensionis essentialiter. ꝓnoīa aūt finite qualitatis ⁊ si significēt certam rē tm̄ hoc eis accn̄taliter ꝯuenit q: tm̄ ratione demonstrationis et relatiōis. Qualitas infinita est ꝓprietas ꝓnoīs attributa ꝓnoī: ea ratiōe qua ꝓcat ꝓcatum suū vel ꝓcata sua incerte ⁊ indeterminate vt ille. ꝓnoīa em̄ extra demonstrationē ⁊ relationē posita actualiter nullā certā rem ꝓcāt. sed ꝑscia. dixit ea ꝑtinere ad oēm suppositū mūdi Uñ de ꝓnoībus infinite q̄litatis est hec regula ḡnalis. Om̄e ꝓnomē siue primitiuū siue deriuatiuū extra actualē demōstrationē ⁊ relationē positū

est q̄litatis infinite: exem̄ de ꝑmitiuo vt ille: exem̄ de deriuatiuo vt meꝰ. Et hoc tetigit donatus in textu cum dixit (que sunt infinita que nō recipiunt ꝑsonas). i. que non ꝓcant certam ⁊ determinatā rem ⁊ hoc est extra demonstrationē et relationē actualiter.

Notandū tercio: ꝙ donatus volēs exēplificare

de q̄litate infinita exēplificat ꝑ noīa. dr̄ em̄ ꝙ qs q̄lis talis sūt q̄litatis infinite. ꝯstat aūt ꝙ qs q talis q̄lis sunt nōia ⁊ nō ꝓnoīa: vt postea dicet. Quare aūt hec dona. fecit ꝙ ipē exēplificat de q̄litate infinita ꝑ noīa. dicunt aliq ꝙ hoc fecisset ꝓpter reuerentiā ⁊ cōplacentiā sui magistri. Didimi q posuit ꝙ qs q talis q̄lis eēnt ꝓnoīa. sed ista ratio est modica. dr̄ em̄. j. ethic. Duobꝰ existentibus amicis scm̄ est ꝑhonorare viratem. Alij aūt dicūt ꝙ solū posuisset ea ꝓ exēplis quoꝝ nō sꝑ reqrit viritas. dr̄ em̄. j. poꝝ. Exēpla ponimꝰ non ꝙ ita sint sed vt addiscēres addiscāt Alij dicūt ꝙ dona. nō voluit ꝙ qs ⁊ q eēnt ꝓnoīa. sed solū declarat intētionē suā ꝑ ista noīa: voluit em̄ ostēdere ꝙ ꝓnoīa extra demōstrationē ⁊ relationē posita ꝓcant incerte ⁊ indeteriate. mō ꝯstat ꝙ iste dictiones qs ⁊ q que qḋ talis q̄lis incerte etiā ꝓcant ⁊ ꝯfuse: ⁊ ḡ ꝓpt ꝯuenientiā quā hn̄t cū ꝓnoībꝰ exēplificat ꝑ ea Ueritatē tñ dōo planū est ꝙ intētio donati fuit ꝙ qs q talꝭ qualis eēnt ꝓnoīa: ⁊ tpe donati sic tenebant hoc manifeste etiā dr̄ isidorꝰ in lib. ethimologiaꝝ. ca. de ꝓnoīe. ⁊ enūerat etiā qs q talis qualis inter ꝓnoīa. multa em̄ tꝑibꝰ ꝑscia. tenebantur que nūc ꝯrio ordine dicunt. ars em̄ ⁊ ingeniū ꝯtinue crescit. ⁊ ꝑmo elēchoꝝ dicit. scientie crescunt ꝑ additamēta. Patet igitur quare donatus posuit quis qui talis qualis pro exemplis.

Notandū quarto ⁊ vltimo: ꝙ ꝑscianus

ꝑmo minoris dixit ꝓnoīa extra demonstrationē ⁊ relationē esse cassa ⁊ vana: qḋ dictū nō qdē simpliciť est intelligendū Duplr̄ ḡ aliqd cassū ⁊ vanū scd̄m autorē modoꝝ ꝓcandi dr̄. Primo simplr̄: qḋ. s. nullius est vtilitatꝭ nec attingit suū finē: ⁊ sic cultellꝰ q scindere nō pōt vt plūbeꝰ vanꝰ et inutilis dr̄. sic silr̄ oculꝰ q videre nō pōt dr̄ inutilis. Uñ dr̄. iiij. metheuroꝝ. Om̄e ens h̄z ꝓpriā opationē in quātū pōt dr̄ tale si nō pōt non dr̄ tale. ⁊ sic ꝓnomē nō dr̄ cassum ⁊ vanū. ꝓnomē em̄ est pars orōnis in grāmatica sine qua mentis ꝯceptꝰ ꝯplete exꝑmi non potest. Et vt dictū est in ꝑcedenti q̄stione: pronoīa sex de causis sunt inuenta: Secūdo aliqd dr̄ casum ⁊ vanū in respectu: sed nō simpliciter: qḋ em̄ non vtile respectu vniꝰ est vtile ⁊ necessariū respectu alterius ⁊ sic pronoīa dicunt cassa ⁊ vana pro tāto: q: ꝓnomē q̄ꝫtū est de se nihil certi significat ⁊ determinati eo ꝙ ad om̄e suppositū mundi ꝑtinet vt dixit ꝑscianus. Uoluit ergo priscia. dicere ꝙ pronoīa extra demōstrationē sunt cassa ⁊ vana. i. nullā certam rē designāt. sed qualibet possunt significare. quia pronomen positum in demonstratiōe ⁊ relatione semꝑ significat suppositū il

lius rei quā talis dictio significat circa quam ponitur.

Istis notabilib⁹ sic stātibus est ꝯclusio respōsalis Tantū sex sunt accn̄tia ꝓnois specifice ⁊ formaliter distincta ad seinuicem irreducibilia apud grāmaticos cōiter vsitata omi ꝓnomi ni ꝯuenientia inquantū est pars orationis scd̄m diuisionē mediatā ⁊ cōi ter ꝯsuetam fieri. Similit̄ qualitas ꝓnois est duplex: quedā est finita ⁊ quedam infinita. Ueritas huius ꝯclusionis pro ambabus ꝑtibus patet ex notabilibus ⁊ manifestabit̄ latius in argumentis.

Ar̄ Primo. Plura sunt accn̄tia ꝓnois q̄ȝ sex. Probat̄. quia discretio significatiua etiā sunt accn̄tia ꝓnois. Probat̄ per ꝓnomīa fit dis cretio: fit similiter ꝑ pronoīa significatiua. Dico ꝙ cōclusio intelligit̄ ꝙ tantū sex sunt accn̄tia ꝓnomis apud grāmaticos cōiter vsitata. mō dis cretio significantia non sunt accn̄tia ꝓnois cōiter vsitata: quid autē sit discretio: quid significantia dictū est superius.

Ar̄ Scd̄o. Plura sunt accn̄tia ꝓnois q̄ȝ sex. Probat̄: q: demōstratio et relatio etiā sunt accn̄tia ꝓnois. ergo Probat̄ añs. q: aliqū pro noīa capiūtur demōstratiue aliqū relatiue. Dico verꝫ argumentū ꝯclu dit ꝙ demōstratio ⁊ relatio sūt accn̄tia ꝓnois sed reducūt̄ ad q̄litatē.

Ar̄ Tercio. Plura sunt accn̄tia ꝓnois q̄ȝ sex. Probat̄ quia esse posses siuū: esse ex vtraqȝ parte singulare: eē ex vtraqȝ parte plurale etiā sunt accidētia ꝓnoim: vt postea dicet̄: Dico ꝙ ꝯclusio intelligit̄ ꝙ tan tum sex sunt accn̄tia ꝓnois omni ꝓnomini ꝯueniētia: modo esse posses siuū: esse ex vtraqȝ parte singulare: esse ex vtraqȝ parte plurale: nō con ueniūt cuilibet ꝓnomini: sed aliqbus tm̄ vt patebit.

Ar̄ Quarto. Plura sunt accidētia ꝓnois q̄ȝ sex. Probat̄ quia declina tio: species: forma casualis motio cōꝑatio. Dico ꝙ declinatio. cōprehē ditur sub casu. species sub figura. forma casualis sub casu. sed motio sub genere. De cōꝑatiōe aūt dicendū ꝙ illa non ꝯuenit ꝓnomini. Primo ideo quia ꝓnomē ponit̄ loco ꝓprij nominis: sed nomē ꝓpriū non ꝯꝑa tur: ergo nec ꝓnomē. Scd̄o quia ꝓnoīa sunt adiectiua vocis tm̄ quib⁹ non ꝯuenit cōꝑatio. Tercio quia ꝑcatum ꝓnois non potest intendi ⁊ remitti: quia sequit̄ substantiā meram q̄ non suscipit magis et min⁹: q: magis ⁊ minus solū sunt in q̄litatibus: vt dicit̄ in p̄dicamentis. Et licet apud comites aliquādo ꝓnoīa cōꝑantur de isto tn̄ nō est curandum q: poete comici non vtūtur regulis grāma. sed loquūtur ꝓꝑa autoritate.

Ar̄ Quinto. Persona nō est accidēs ꝓnois. ergo. Probatur. q: pso na nō enumerat̄ int̄ accidētia nois. ergo nec ꝓnois Tenet ꝯña q: nō est ratio diuersitatis. Añs autem est notū Dico ꝙ ratio diuersitatis est ista. quia ꝑsona ꝯuenit ꝓnomini scd̄m oēs suas differentias. quia inueniūtur pronoīa p̄me ꝑsone vt ego: scd̄e vt tu: tercie vt ille. sed pso na non ꝯuenit nomini scd̄m omnes suas differentias. quia nullū est ꝓ nomen prime persone.

Ar̄ Sexto. Nulla qualitas est infinita. Probatur. nullum infinitū est ergo nulla est qualitas infinita. Tenet consequentia a superiori negato ad inferius. Antecedens est Aristoteles. iij. phisicoꝝ. Dico ve rum argumentū ꝯcludit ꝙ nullū infinitum est capiendo infinitū phisice sed infinitū grāmaticale bene est iuxta demonstrationē supius dictam:

Ar̄ Septimo. Nullum pronomē est qualitatis finite. igit̄. Probat̄ semꝑ pronomē est qualitatis indiffinite. Tenet cōsequentia quia qualitas indifinita significat incerte. Antecedens probatur. illud quod est de essentia rei nunq̄ȝ aufertur a re: sed significare per modum inde terminate apprehensionis ⁊ incerte est essentiale pronomini. ergo pro nomen nunq̄ȝ est qualitatis finite. Maior est Aristotelis. vij. methaphi ce. Minor patet ex questione precedenti. Dico verū argumentū conclu cludit ꝙ pronomē semper significet per modum indeterminate appre hensiōis essentialiter in demōstratione tn̄, ⁊ relatiōe significat determi nate ⁊ accidētaliter ratione cuius dicit̄ qualitatis finite.

Ar̄ Ultimo. Exempla donati sunt inualida ⁊ impertinentia. Proba tur. quia exemplificat per nomina de pronomibus. igitur exem pla sunt inualida. Tenet ꝯsequentia. quia exempla debēt cōformari sciē tie cuius sunt exempla. Dico ꝙ causa istius quare donatus quis et qui posuit pro exemplis dicta est in tercio notabili.

Genera ꝓnominū quot sunt: Eadē fere q̄ ⁊ nomi num Masculinū vt q̊s. Feim vt que. Neutꝝ vt qd̄ Cōmune vt qualis talis. Triū generꝝ qd̄ oīe dici tur vt ego tu sui. Numeri ꝓnominū quot sunt: Duo Qui: Singularis: vt hic. Pluralis: vt hi. Figure ꝓnominū quot sunt: Due. Que: Simplex vt q̊s: Cōposita: vt q̊squis. Persone ꝓnoīm quot sunt: Tres. Que: Prima: vt ego. Scd̄a: vt tu. Tercia: vt ille. Casus item ꝓnominū quot sunt: Sex. quē admodū ⁊ nominū. Per hos em̄ casus omniū ge nerū. noīa: ꝓnoīa: ꝑticipia: inflectunt̄ hoc modo.

Utrū littera donati de gñe: nūero: ꝑsona: ⁊ casu. ꝓnoīm sit bene assignata. Pro intellectione questiōis mote. Notandū ꝓmo ꝙ donatus in littera volēs determinare de genere ꝓnoīm dicit qȯ eadem fere sunt genera ꝓnoīm sicut ⁊ nominū. Pro quo intelligēdo. genus in ꝓnomie diffinit dupliciter. Uno mō a ꝓori penes significationē: sic est ꝓprietas ꝓnoīs attributa ꝓnomini ea ratiōe qua ipsum significat significatū suū sub ꝓprietate actiua vel passiua vel neutraliter se habente ad vtrūqꝫ. Cuius diffinitiōis declaratio patet ex his que dicta sunt in noīe de genere. Sed a posteriori diffinit sic. est ꝓprietas ꝓnoīs attributa ꝓnoī ea rōne q̄ ip̄m est ordinabile ad nomē tanqꝫ terminatio ad suū determinabile: ea ratione q̄ ipsum est alicuius generis: vt cū dico ego iohāes vidi celum apertū: genus huius ꝓnoīs ego cognoscit ex genere huius nominis iohānes: ego eñ scd̄m se est generis omnis. sed cū dico ego iohānes: ego est generis masculini. Sequit correllarie ꝓmo ꝙ genus ꝓnominis cognoscit quādoqꝫ ex genere noīs vt cum dico: ego ioānes vidi. similr̄ genus nominis quādoqꝫ cognoscitur ex genere ꝓnominis vt dicendo iste homo: homo scd̄m se est generis cōis. sed cum dico iste homo est generis masculini tm̄ rōne huius ꝓnoīs iste. ⁊ nō est incōueniēs hoc in his partibus que habēt ꝯuenientiā magnā inter se. Ex his diffinitionibꝰ faciliter potest elici diffinitio gñis masculini feminini et neutrius. Unde genus masculinū est ꝓprietas ꝓnominis attributa ꝓnomini ea ratiōe qua ipsum est ordinabile ad nomen masculini generis: tanqꝫ determinatio ad suum determinabile vt ille ioānes sedet. sic etiā dicat de genere feminino ⁊ neut. Sequit correllarie scd̄o ꝙ genus in ꝓnoīe cognoscit dupliciter. vno modo a ꝓori scd̄o a posteriori. A priori penes significationē. A posteriori ⁊ sic dupliciter. Uno modo rōne terminatiōis: et sic illa ꝓnoīa quo terminant in er vel in us sunt generis mas. vt noster vester meus tuus. Illa que in a vt mea tua sunt generis femi. Illa que in um generis neutrius vt meū tuū. Illa q̄ in as generꝫ cōis: vt nostras vestras. Sequit correllarie tercio ꝙ genus in ꝓnoīe cōuenit cū genere noīs: ⁊ etiā differt ab eo Conuenit ꝓmo qꝛ sicut genus in noīe cognoscit a ꝓperatibꝰ discretiuis sexus: sic in ꝓnomie Differt aūt dupliciter Primo qꝛ genus in noīe cognoscitur ex ꝓpositiōe articuli. sed in ꝓnoīe nō vt dictū est. Scd̄o differt: qꝛ genus in nomie cognoscitur a ꝓprietatibus discretiuis sexus immediate: sed in ꝓnomine mediāte: qꝛ mediāte demonstratiōe ⁊ relatiōe. Sequitur correllarie quarto ꝙ donatus in littera dicit fere. q. d. tot quasi sunt genera in ꝓnoīe sicut in noīe. ⁊ hoc dicit ꝓpter genus dubiū ⁊ epichenū que non inueniūtur in ꝓnomine. Ratio primi quare genus dubium nō est in ꝓnoīe. quia genus dubiū sumit ab incertitudine: ꝓnoīa aūt in demōstratiōe ⁊ relatione sunt determinata ⁊ certa in significando ⁊ ita nō dubia. sunt etiā pauca in nūero: qꝛ solū vndecim. sicut ergo

inter multa ē ꝯclusio et incertitudo sic inter pauca est certitudo. Ratio secūdi quare in ꝓnoībus nō reperitur genus epichenū: qꝛ genus epichenum est qȯ significat vtrūqꝫ sexum sub vno articulo: modo ꝓnoībꝰ nō preponūtur articularia vt declaratū est in nomie. et ergo ꝓnominibus non reperitur genus epichenum.

tuor sunt cōiugatiōes in verbo capiēdo cōiugationē terciam ꝓprie. do-
natus aūt cepit cōiter: vt comꝑhendit sub se quartam.
Ar Quinto. Aliqd̄ est verbum qd̄ nullius est cōingatiōis. Probat.
de isto verbo sum. Probat examināti textū ꝛ declarationē dona
ti scd̄m quā sub nulla potest contineri cōiugatione. Dico ꝙ littera ꝛ de-
claratio donati intelligit de verbis perfectis ꝛ non defectiuis: ꝛ regu-
lariter cōiugatis. modo sum est verbum irregulare.
Ar Sexto. Sum est scd̄e cōiugatiōis. Probatur sic. illud verbum est
scd̄e cōiugatiōis. quod habet e ꝓductā in scd̄a persona ꝑsentis
tēporis indicatiui modi singularis nūeri. sed sum est huiusmōi vt patet
in ista scd̄a ꝑsona es vbi e est longū Dico veꝝ argumentū cōcludit: sed
hoc sufficit ad verbū scd̄e cōiugatiōis ꝙ debet habere e ꝓductam in se
cunda ꝑsona: sed vltra requirit ꝙ futurū tempus eiusdem modi termi
netur in bo vel in bor. modo hoc nō est in isto verbo sum.
Ar Septimo. Aliqd̄ est verbū qd̄ nullius est coniugatiōis. Probat
de istis orior morior. ꝙ nō tercie. Probat habent normā verboꝝ
quarte cōiugationis. ergo sunt quarte cōiugatiōis. Tenet ꝯn̄a q̄ ogā-
tio arguit formā: vt dicit cōmentator in de substantia orbis illud ergo
qd̄ habet similitudinē formatiōis: sicut verbo quarte coniugatiōis: illd̄
videtur esse quarte cōiugationis. Dico verū argumentū ꝯcludit ꝙ ista
verba sunt tercie cōiugationis capiendo terciā ꝯiugationē cōiter sed
capiendo eam proprie tunc ista verba sunt quarte coniugatiōis.

Ar Ultimo. Nullū est verbū scd̄e cōiugatiōis cōis gn̄is ergo littera
donati nō valet cū loquitur in scd̄a cōiugatiōe de verbis cōibus
Probat añs enumerādo om̄ia verba cōmunia nullū inuenit secūde cō
iugationis. Dico ꝙ littera donati debet intelligi cōditionaliter si ali-
quod tale esset tunc haberet in secūda persona e ꝓductam ante nouis-
simam sillabam. Vel etiā possumus dicere ꝙ multa verba sunt: nūc de-
ponentis generis que antea fuerunt generis cōmunis.

**Genera verboꝝ quot sunt? Quinq;. Que? Acti-
ua: passiua: neutra: deponētia: ꝛ cōmunia. Actiua
q̄ sunt? Que in o desinūt et accepta r littera faciūt
ex se passiua; vt lego legor. Passiua que sunt? Que
in r desinūt ꝛ ea dempta r littera redeūt in actiua:
vt legor lego. Neutra que sunt? Que in o desinūt
vt actiua sed accepta r littera latina nō sunt; vt sto
curro stor curror non dicit. Sūt ꝑter ea neutro pas
siua; vt gaudeo gauisussum: soleo solitussum: fio
fis factussum. Deponētia que sunt? Que in r desi-
nunt vt passiua sed ea dēpta r littera latina nō sunt
vt luctor: loquor: sequor: nascor: orior. Cōmunia q̄
sunt? Que in r similiter desinunt vt deponētia sed
in duas formas cadunt agentis scilicet ꝛ paciētis
vt osculor criminor: dicimus enim osculor te: oscu
lor a te: criminor te criminor a te.**

Utrum tm̄ quinq; sint genera verboꝝ. s.

actiuū passiuū neutrū cōmune ꝛ deponēs. Pro intellectione questiōis
mote. Notandū ꝑmo ꝙ genus verbi diffinit sic. Est ꝓpetas vbi ex sig-
nificatiōe actiōis vel passionis vel vtriusq; simul vel neutrius: ꝛ ex ter-

minatiõe in o vel in or cõtracta. In qua diffinitiõe tangitur quinqȝ ge-
nera verbi. Cũ enim dicitur ex significatiõe actõis tangitur genus actiuũ
vel etiã deponẽs: multa eñ verba deponẽtis gñis significãt actiue tan
tum. vt loquor. Cũ vero dicitur vel passionis tangitur passiuũ similiter ge-
nus deponẽs: quia multa verba deponentis generis significãt passiue
tantũ vt nascor. Cum vero dicitur vel vtriusqȝ simul: tangitur genus cõmu
ne: verba eñ cõis generis vt postea dicetur indifferẽter significant actio-
nem vel passionẽ. Cũ vero dicitur neutrius: tangitur genꝰ neutrũ. Sequitur
correllarie ꝙ genꝰ in ṽbo cognoscitur tripl'r. ꝑmo ex ꝑcatiõe. scðo ex tmi
natiõe. tercio ex ꝑcatiõe et terminatiõe simul. sed vtrũ plus ex ꝑcatione
vel terminatiõe diuersificari sunt grãmatici: tñ dicit petrꝰ helye ꝙ plus
ex terminatiõe: vnde dicit. Porro scias ꝙ vox plus dicit ꝙȝ ꝑcatũ discer.
ni genera. ⁊ ꝓbat hoc ex tribus. Primo qȝ ista verba facio noceo signi-
ficant actiue: tamẽ nõ sunt actiui generis sed neutrius. vnde dicit. Vox
facio neutrũ sed significare dat actũ. Scðo ꝓbat: qȝ metuo timeo sunt
generis actiui ⁊ tamen significãt passiue. Tercio ꝓbat. qȝ vapulo exulo
ꝑcant passiue sed tamẽ sunt neutrius generis: vapulo eñ valet tñ sicut
ꝑcutior. vnde dr in euãgelio. Seruus sciens volũtatẽ dñi sui et nõ faci-
ens vapulabit id est percutietur plagis multis.

Notandũ scðo. Primũ genus in verbo

est genus actiuũ. vñ Verbũ actiui generꝫ: est qð in ꝑma ꝑsona pñtis tẽ-
poris indicatiui modi terminatur in o: ⁊ in eadẽ ꝑma ꝑsona potest recipe
r sup o et facere ex se passiuũ vt amo amor. Est aũt differẽtia inter ver-
bum actiuũ ⁊ actiui generis. Verbũ eñ actiuũ est qð actionem ꝑcat nõ
curãdo cuius gñis sit: et sic hoc verbũ loquor qð est verbũ deponentis
generis ꝑcat actionẽ: ⁊ est verbũ actiuũ. Sed verbum illud dicitur actiui
generis quod ꝑcat actionẽ et cum hoc in prima ꝑsona indicatiui modi
terminatur in o ⁊ recipit i eadem ꝑma persona r sup o vt amo. Et ad tale
verbum actiui generis requirũtur tres cõditiones. Prima ꝙ termine-
tur i o in ꝑma ꝑsona in indicatiuo in ꝑsenti. Secũda ꝙ recipiat i prima
persona r sup o. Tercia ꝙ significet actum transeuntẽ in rem rationalẽ
et ista ꝓprietas tercia intelligitur in verbis actiui generis ꝓprie dictis:
quia nõ requiritur ad verbũ actiui generis qð debet significare actũ trã-
seuntẽ rem rationalẽ vt lego lectionẽ. Vñ illud verbũ dicitur actiui gñis
ꝓprie dictũ qð significat actũ transeuntẽ in rem rationalẽ. Sed illud
dr actiui gñis cõiter dictũ qð significat actũ transeuntẽ nõ curãdo si in
rem rationalẽ vel nõ. Sequitur correllarie ꝙ verbũ actiui gñis est inferi
us ad verbũ actiuũ qȝ sequitur bene oñe verbũ actiui generis est actiuũ
sed nõ ecõuerso oñe verbũ actiuũ est actiui gñis patet quia loquor est
verbũ actiuũ et non est actiui generis Sciendũ etiam ꝙ verbũ dicitur
actiui generis tripliciter. Primo voce tantum sicut video: video eñ sig
nificat passiue qȝ videre ꝑcat species visibiles in potentiã ⁊ organũ susc

cipere: mõ recipe est pati. et etiã dr. ij. de aĩa: sensus est ṽtus passiua. Se
cũdo verbũ dr actiui gñis significatione tantũ vt audior quod ꝑcat acti
ue qȝ ꝑcat species audibiles de se multiplicare: mõ multiplicare est age
re. Tercio verbũ dicitur actiui generis voce ⁊ significatiõe simul vt amo
lego Sed verbũ illud dicitur passiui generis quod in ꝑma ꝑsona ꝑsentis
tempis indicatiui modi terminatur in r et in eadẽ ꝑma persona potest di
mittere r et redire in suũ actiuũ. vt amor amo Et ẽ differẽtia inter ver-
bum passiuũ ⁊ passiui generis. Verbũ illud dicitur passiuũ qð passionẽ
significat non curãdo cuius generis sit: ⁊ sic nascor est verbũ passiuũ li-
cet sit deponentis generis. Sed verbũ passiui generis est quod signifi
cat passionẽ ⁊ in ꝑma ꝑsona indicatiui mõi terminatur in r in eadẽ ꝑma
persona potest dimittere r et redire in suũ actiuũ vt amor legor. Seq-
tur correllarie ꝙ verbũ passiui generis est inferius ad verbũ passiuum
patet oñe enim verbum passiui generis est passiuum sed nõ ecõuerso
omne verbũ passiuum est passiui generis: nascor eñ est verbũ passiuũ
quia ꝑcat passionẽ: tamen nõ est passiui generis: sed deponentis. Tres
autẽ conditiões requirũtur ad verbũ passiui generis. Prima ꝙ in pri-
ma ꝑsona terminetur in r Scða ꝙ in eadeꝫ persona potest dimittere r et
redire in suũ actiuũ. Tercia ꝙ significet passionẽ ab extrinseco illatã vt
percutior crucifigor. Sequitur correllarie ꝙ palleo rubeo egroto signifi
cant passionẽ: sed ab intrinseco aduenientẽ ⁊ ergo nõ sunt passiui gene
ris. Sequitur correllarie ꝙ verbũ passiui generis dr tripl'r. Primo voce
tñ vt audior videor. talia eñ significãt actiue vt dictũ est. Secundo sig
nificatiõe tñ. vt vapulo. i. percutio. veneor. i. vendor: ⁊ cõponitur a ve
num ⁊ eo. Tercio voce ⁊ significatiõe simul vt amor legor.

Notandũ tercio. Verbũ neutrius gñis

est qð in prima persona presentis temporis indicatiui modi termina-
tur in o et in eadem ꝑma ꝑsona non potest recipere r super o et facere
ex se passiuũ: vt sto curro: nõ enim dicitur in prima persona stor curror.
Sequitur correllarie ꝑmo ꝙ licet verba neutrius generꝫ in tercia per-
sona recipiunt r vt vinũ bibitur: via curritur: non tamen ꝓpter hoc sunt
passiui generis. Sequitur correllarie scðo ꝙ verba neutrius generis in
ꝑma persona recipiunt r per prosopopeyam: vt ego bibor quasi vinuꝫ
loqueretur: Est autem differentia inter verbũ neutrale et neutrius ge-
neris. Verbum neutrale est quod nec significat actionem nec passionẽ
non curando quam terminationẽ habeat: et sic hoc verbuꝫ sum dicitur
verbum neutrale. Sed verbum illud dicitur neutrius generis qð nec
actionem nec passioneꝫ significat ⁊ cum hoc in prima persona termina
tur in o: et scðm vsum non potest recipere r super o: vt sto. Sequitur
correllarie: verbũ dicitur neutrius generis tripliciter. Primo voce tan
tum vt vapulo. Scðo significatiõe tantũ vt sum. Tercio voce ⁊ signifi-
catione simul vt curro. Tres autem conditiones requiruntur ad ver-

bum deponẽtis generis. Prima ꝙ terminet in r. Scđa ꝙ nõ potest dimittere r in ṗma ꝑsona in singulari nũero indicatiui. Tercia ꝙ aut significet actionẽ tm̄ vt loquor: aut passionem tm̄ vt nascor.

Notandũ quarto ⁊ vltimo Uerbũ cõis generis est ꝙ i ṗma ꝑsona p̄sentis tpis indicatiui mõi terminat in r et non põt dimittere r: et in eadẽ ṗma ꝑsona significat actionẽ ⁊ passionẽ simul vt criminor experior osculor. Tres ergo cõditiões requirunt ad ṽbum cõis gn̄is. Prima ꝙ terminet in r. Scđa ꝙ nõ potest dimittere r. Tercia ꝙ significet actionẽ ⁊ passionẽ simul: tamẽ qn̄ regit actm̄ significat actiue tm̄ vt criminor te. i. vilipẽdo ⁊ cõfundo te: sed qn̄ regit ablatiuũ significat passiue tm̄: vt criminor a te. Sequit correllarie primo ꝙ om̄e verbũ cõe scđm se et ꝑ se sumptũ est equiuocũ. Patet: q: ſcat plura vno noĩe ⁊ diuersis rõnibus q: actionẽ et passionẽ. Sequit correllarie scđo ꝙ hic nõ est ꝓpositio ego criminor. patet q: est oratio equoca. Sequit correllarie tercio ꝙ hic est ꝓpositio ego criminor te similr̄ hic ego criminor a te. Patet q: hoc verbũ criminor in istis orõnibus tenet vniuoce: in ṗma em̄ significat actiue tm̄ q: regit actm̄: in secũda passiue tm̄ q: regit ablm̄. Sequit corrollarie q̄rto ꝙ donatus dicens in textu ꝙ verbũ cõis gn̄is cadit in duas formas: per formã intelligit significationẽ. ideo q: sicut entia naturalia distinguũtur phice ꝑ formas. vt hõ et asinus ꝑ animã rõnalẽ. dr̄ em̄ septimo metaph. Forma est q̄ separat et distinguit. sic in grãmatica dictiões distinguũtur ꝑ ſcatiões Autor modoꝝ significãdi ostendit ꝙ genus verbi capit a mõ essendi ⁊ ꝓprietate rei verbi q̄ est ꝓꝑetas dependẽtie rei verbi post se ad obliquũ in rõne termini non ↄtracti sed cõtrahibilis. Uerbũ em̄ ſcat actũ q est accidẽs accidens aũt quia habet esse fluxibile non terminatũ ex natura sua requirit terminari. ⁊ hunc terminũ significat obliquus a pte post rectus: vt amo iohãnem. actus amandi terminat in iohãne. Diffinit gen⁹ verbi scđm autorẽ modoꝝ ſcandi sic. Genus est modus significãdi actiuus verbi quo mediãte ꝓprietatem dependẽtie rei verbi ad obliquũ post se sub ratione termini cõsignificant. Diffinit aũt verbum actiui passiui neutrius deponẽtis ⁊ cõis generis eodẽ modo sicut dictum est in notabilibus. ideo non est necesse hoc repetere. Dicit em̄ Uerbũ actiui generis est qđ sub terminatiõe vocis in o possibile est suscipere r et frequẽtius actionẽ cõsignificat vt amo. sic etiam dicit de alijs.

Istis notabilib⁹ sic stãtibus est ↄclusio respõsalis. Tm̄ quinq; sunt genera ṽbi scilicꝫ actiuũ passiuũ neutrũ depones ⁊ cõmune specifice ⁊ formalit̄ distincta ad seinuicem irreducibilia. Dico notãter ad seinuicẽ irreducibilia quia plura assignant genera verbi q̄ȝ ista quinq; sed reducũtur ad ista. Aliqđ em̄ est genus neutropassiuũ, aliud passiuũneutrũ. sed ista reducũtur ad genus neutrũ Un-

de verba neutropassiua sunt q̄ sub voce neutrali hn̄t p̄terita ṽboꝝ passiuoꝝ. Et sunt quinq; magis vsitata. vñ alexan. Audeo cũ soleo fio quoq; gaudeo fido. Quinq; puer numero neutropassiua tibi do. Prandeo cum mereo p̄dictis anumerabis. Uel neutropassiuo est vt alij dicũt ꝙ in p̄senti ⁊ in tpibus a p̄senti deriuatis habet vocem neutralẽ: sed in p̄terito ⁊ in tpibus a p̄terito deriuatis habꝫ vocẽ passiualem. Et neutropassiuũ est nomẽ cõpositum ex recto ⁊ obliquo: et ex parte recti scꝫ passiuũ tantum declinat: ⁊ sic cũ dicit neutropassiua accipit in plurali numero: sed in singulari numero dicit neutropassiuũ. Sed verba passiua neutra sunt que sub voce passiua habẽt preterita verboꝝ actiuoꝝ vt cõperior habꝫ comperi. diuertor diuerti. ⁊ sunt tria. ṽsus. Passiua neutra tria sunt hac lege notanda. Nam dat diuertor diuerti cõperiorq; comperi. Dat preteritũ mereor meruiq;. tamẽ scđm alexan. addit quartum vt fio. Uel verbum passiuũneutrũ est qđ in p̄senti et in tpibus a p̄senti formatis habet vocẽ passiualẽ: sed in preterito et in tpibus a preterito perfecto formatis habet vocẽ actiualẽ. Et passiuaneutra cõponitur ex duobus rectis in singulari em̄ dicit passiuũ neutrũ ⁊ declinat ex parte vtriusq; recti et capit hic in plurali cũ dicit passiuaneutra. Sꝫ ṽba neutrapassiua sunt que sub voce neutrali significant passiue: vt vapulo veneũ. ⁊ sunt quattuor. ṽsus. Exulo vapulo veneo fio quattuor ista. Sensum passiui sub voce gerũt aliena. Et exulo dicit quasi extra solũ. i. terram ꝓpriam pellor. qui em̄ exultat de terra ꝓpria ꝓscribit ⁊ expellitur Et neutrapassiua cõponitur ex duob⁹ rectis: ⁊ in singulari dicit neutrũ passiuũ ⁊ declinat ex ꝑte vtriusq; recti et sic capit hic in plurali cũ dicit neutropassiua. Ista tamẽ gn̄a reducũtur ad genus neutrũ.

Ar~ Primo. Aliqđ est verbũ qđ nullius est gn̄is. ergo Probat. sum est verbũ ⁊ nullius est gn̄is. Probat. nõ neutrius. Probat. ṽbuꝫ neutrius gn̄is terminat in o. sed sum nõ terminat in o. ergo nõ est neutrius generis. Maior est donati in textu. Minor nota. Dico veꝝ argm̄. cõcludit ꝙ sum nullius est gn̄is quo ad vocẽ: tamẽ est generis neutrius quo ad significationẽ: q: hoc verbũ sum nec significat actionẽ nec passionem sed significat puram essentiam rei ꝓpter qđ significatiõe est neutrius gn̄is. Unde dicit petr⁹ helye. Sum quoq; dic neutrũ quod eẽndi denotat actũ. Quãuis finis in o non inueniat in illo.

Ar~ Scđo. Do est verbuꝫ ⁊ nullius generis. ergo Probat. non actiui Probat quia verbũ actiuũ recipit r sup o in ṗma ꝑsona. sed hoc do non põt facere. ergo Maior est in textu. Minor patet. q: non bñ dicitur dor vt om̄es dicũt grãmatici. vñ alexanđ. Ex do passiua nisi dor solum lego dicta. Dico veꝝ argumentũ cõcludit ꝙ do non habet dor in ṗma ꝑsona scđm vsum: licet bene scđm artem.

Ar~ Tercio. Plura sunt genera in verbo q̄ȝ quinq; Probat. quia gen⁹ epichenũ etiam est genus in verbo. Probat. sicut em̄ in nomĩe reperitur nomẽ qđ significat vtrũq; sexũ simul: vt passer. sic etiaꝫ inuenit

verbū quod significat actionē ꝛ passionē simul: vt verbum cōe videtur ergo ꝙ in verbo reperiaꝰ genus epichenū. Dico ꝙ nō est simile: q: in nomine reperiꝰ nomē qđ significat vtrūq3 sexum simul vniuoce et vno cōceptu vnico: sed in verbo non reperiꝰ verbum qđ significat actionē et passionem simul vniuoce quia criminoꝛ est verbū equiuocū per se et absolute sumptum vt dictum est superius.

Ad Quarto. Aliqđ est verbū quod nullius est gn̄is. Probaꝰ de isto verbo facio: nō actiui. Probatur sic. verbū actiui gn̄is formar de se passiuum in or: sed facio nō format de se passiuū in or. ergo facio nō est gn̄is actiui. Maior est ex textu ꝛ vna cōditione reqsita ad genus actiuū. Minor q: non dicimus facior. Dico veꝝ argumentū ꝯcludit ꝙ facio est gn̄is actiui quo ad significationē: licet quo ad vocem sit generis neutriꝰ: vt dictū est ante ꝛ habet passiuū fio quo ad significationē.

Ad Quinto. Aliqua sunt verba que nullius sunt generis. Probatur de verbis vocatiuis nō passiui. Probaꝰ. verbū passiuū dimittit r et redit in actiuū, sed verba vocatiua non possunt dimittere r inq̄ꝝ vocatiua. dicūt eñ grāmatici ꝙ verba vtia solū sunt sub voce passiua et nō actiua. Maior est vna cōditio reqsita ad verbum passiui generis. Minor est nota. Dico verū argumentū concluderet si verba vtia deberent dici passiui generis: sed magis sunt dҩonētis generis: q: non de ponūt illam litterā: tamē isti qui ponūt vba vocatiua tam in voce actiua q̄3 passiua haberent concedere ꝙ ipa essent passiui generis.

Ad Sexto. Verba cōis generis nō cadūt in duas formas. Probatur sicut est in natura sic est in arte. sed in natura nō est possibile vnā rem habere duas formas. ergo nec in arte vna dictio pōt habere duas significatiōes. Maior est aristo. ij. phisi. Minor est nota. q: vnius rei est vna forma sicut esse. Dico veꝝ argm̄. concludit ꝙ vna dictio simpl'r vna et vnica nō habet plures significatiōes. sed dictio equoca potest habere plures significatiōes. nec etiā dictio equiuoca est vna dictio simpliciter: sed est vna scđm vocem: sed plures scđm numeꝝ.

Ad Ultimo. Om̄e verbū significat actionē. ergo nullū significat passionem. Añs patet. q: om̄e verbū significat actū. ergo om̄e verbū s̄cat actionē. Tenet ꝯña ab eodem ad idē. Añs est autoris modoꝝ significandi. Dico veꝝ argm̄. cōcluderet si idē esset actus ꝛ actio: et si idē eēt significare actū ꝛ actionē: sed hoc nō est idem. actus eñ est superius ad actionē. om̄e eñ qđ s̄cat actionem significat actū sed non ecōuerso: passio ergo etiā potest dici actus. patet ergo ꝙ argumentū non cōcludit.

Numeri verboꝝ quot sunt? Duo. Qui? Singularis: vt lego. Pluralis: vt legimꝰ. Figure verborū q̊t sunt? Due. Que? Simplex: vt lego. Cōposita vt negligo. Tēpora verboꝝ quot sūt? Tria. Que? Presens: vt lego. Preteritū: vt legi. Futurū: vt legam. Quot sunt tempora in declinatiōe verborū? Quinq3. Que? Presens: vt lego. Preteritū impfectū: vt legebam. Preteritū pfectū: vt legi. Preteritum plusq̄3pfectū: vt legerā. Futurū. vt legā. Persone verboꝝ quot sunt? Tres. Que? Prima vt lego. Secunda: vt legis. Tercia: vt legit.

¶ Utrū littera donati de nūero: figura: persona: ꝛ tempe: sit bene assignata.

Pro intellectiōe questionis note. Notandū p̄mo: ꝙ nūerus verbi cōiter diffiniꝰ sic. Est ꝓprietas verbi attributa verbo ea rōne qua ipsū significat significatū suū vt attribuitur vni vel pluribus. vni vt ego lego. pluribꝰ vt nos legimꝰ. In qua diffinitiōe tangiꝰ duplex nūerus verbi: singularis tangiꝰ cum đr vni pluralis tangiꝰ cū diciꝰ pluribus. Un̄ nūerus singularis est ꝓprietas verbi attributa verbo ea rōne qua significat significatū suū verbale vt attribuiꝰ vni vt ego lego. Numerus pl'is est ꝓpetas verbi attributa verbo ea ratione qua significat significatū verbale vt attribuiꝰ pluribus: vt legimus. Sequiꝰ correllarie p̄mo ꝙ numerus in verbo cognoscitur dupliciꝰ. Uno mō ratiōe significatiōis et hoc est a priori. vt dictū est in diffinitionibꝰ. Scđo numerus in verbo cognosciꝰ ratione cōstructiōis et hoc est a posteriori. Illud enim verbū quod cōstruitur cū supposito singularis nūeri est singularē nūeri: vt ego lego: illud vō qđ ꝯstruiꝰ cū supposito pl'is neūri: ē pl'is nūeri. vt nos legimus. Sequiꝰ correllarie scđo ꝙ differentia est inter numeꝝ nominis ꝛ verbi: quia in nomīe reperitur nomē ꝙ sub vna voce quādoq3 est singularis numeri. quādoq3 pluralis. licet sub diuerso mō vt magistri. In verbo autem nulla reperitur vox que esset singularis ꝛ pluralis numeri ꝛ hoc intelligēdo de verbo personali finiti modi. penitet eñ potest esset singularis et pluralis numeri sed est impsonale: sic etiam infinitiuus potest esse singularis et pluralis numeri: sed non est verbum finiti modi.

Notandū scđo ꝙ figura verbi eodē mō habet diffiniri sicut in noīe: nisi mutando genus. Verbū ergo cōponi

tur quattuoꝛ modis. Primo ex duobus integris. vt aduenio. Scd̄o ex
duob⁹ coꝛruptis vt negligo: quod cōponit̄ a nec et lego abiecta c et ad
dita illa littera g et mutando e in i. ꝛ ratio q̄re in ei⁹ cōpositiōe non mu
tatur c in g: q2 tunc g deberet esse p̄cedentis syllabe. Tercio verbū com
ponit̄ ex integro ꝛ coꝛrupto vt pficio Quarto cōponitur ex coꝛrupto ꝛ
integro vt asscribo assurgo. asscribo enim componitur ab ad et scribo
mutād̄o d in s. Sequitur coꝛrellarie p̄mo ꝙ guberno scd̄m iohannem
ianuēsem est cōposite figure: cōponit̄ em̄ a v̄bo cohibeo ꝛ hiberna. Est
em̄ gubernare dirigere nauē in piculis maris. Cohibeo em̄ s̄cat mitiga
re vel impedre. Hyberna aūt s̄cat tempestatē maris. Sequit̄ coꝛrella
rie scd̄o ꝙ negligo non cōponit̄ a non ꝛ lego: vt cōiter dicūt: q2 vt ioā
nes ianuēsis docet solū tria v̄ba componūtur a non vt nolo nescio ꝛ ne
queo. sed potius cōponitur a nec et lego: vt dictū est. Facit autē figura
composita quinq3 in v̄bo de quibus vide petrū helye.

Notād̄ū tercio. Tempus in v̄bo cōiter

diffinit̄ sic. Est ꝓꝓꝛietas verbi attributa verbo ea rōne q̄ ip̄m significat
significatū suū sub aliqua differētia tp̄is realis. que sunt p̄sens p̄teritū
et futurū. Verbū aūt illud dicit̄ p̄sentis tempoꝛis ꝙ significat significa
tū suū verbale sub differentia tp̄is p̄sentis vt lego. Illud verbū dicit̄ p̄
teriti tp̄is qđ significat significatū suū verbale sub differētia tp̄is p̄teri
ti vt legi. Illud verbū dicit̄ futuri tp̄is qđ significat significatū suū ver
bale sub differentia tp̄is futuri vt legam. Sequit̄ coꝛrellarie p̄mo ꝙ re
cte tempus dicit̄ esse accidens v̄bi. patet quia verbū significat actionē
vel passionē: sed om̄is actio et passio mensurātur tempe: vt dicit̄ quar
to phisicoꝝ. ergo om̄e verbum significat cū tempe aut ex se aut saltem
quo ad modū nostrū concipiēdi vt patet de hoc verbo creo. Sequitur
coꝛrellarie scd̄o ꝙ temp⁹ in verbo tantū est triplex. patet: verbū signifi
cat actionē vel passionē: sed om̄is actio aut habet fieri in tempe pꝛesen
ti aut facta est in p̄terito aut erit in futuro. Sequit̄ coꝛrellarie tercio ꝙ
pꝛesens tēpus non diuidit̄ ꝓpter eius paruitatē: licet em̄ tēpus p̄ns se
cundū se est diuisibile: q2 est ꝯtinuū tamē ꝯsiderat̄ indiuisibilit̄ ꝛ sic non
diuidit̄ ꝓpter ei⁹ paruitatē. Sequit̄ coꝛrellarie quarto ꝙ futuꝝ temp⁹
non diuidit̄ ꝓpter eius incertitudinē: dicit̄ em̄ p̄mo pihermenias. De
futuris ꝯtingētibus nō est determinata v̄itas. Sequit̄ coꝛrellarie quin
to ꝛ vltimo ꝙ pꝛeteritū ꝯuenienter diuidit̄ ꝓpt̄ eius certitudinē: quo
niam em̄ p̄teritū est: certū est ꝙ fuit. Pro quo intelligēdo p̄teritū tem
pus diuidit̄ vt donatus dicit in textu in p̄teritū imp̄fectū: in p̄teritū p̄
fectū: ꝛ p̄teritū plusq̄3p̄fectū. Illud vebū dicit̄ p̄teriti imp̄fecti tempis
qđ significat suū significatū verbale: ꝓut est incōplete perfectu3 modi
cū distans a p̄n̄ti: vt legebā. Sed illud dicit̄ p̄teriti plusq̄3p̄fecti tempis
qđ significat significatū suū vt est plusq̄3p̄fecte cōpletū remotissime di
stans a p̄senti vt legerā Illud aūt verbū dicit̄ p̄teriti p̄fecti tp̄is qđ sig
nificat s̄catum suū vt est p̄fecte completū remote distans a p̄senti vt le
gi. Et ista tp̄a donatus tetigit in textu cū dixit. Quinq3 sunt tp̄a in decli
natione verboꝝ. Autoꝛ modoꝝ significād̄i sic diffinit tempus. Tempus
est modus significandi accn̄talis verbi quo mediāte verbū circa rē mo
dum tp̄is cōsignificat. Tempus p̄sens est modus significād̄i rem verbi
ꝓut cadit sub differētia tempis p̄sentis Temp⁹ pꝛeteritū est modus sig
nificād̄i rem verbi ꝓut cadit sub differentia tp̄is pꝛeteriti. Tempus fu
turū est modus significandi rem verbi ꝓut cadit sub differētia tempis
futuri. Sequit̄ coꝛrellarie ꝙ sicut in natura tempus cōsequit̄ motū celi
sicut mensura mensuratū: ꝛ passio subiectū: sic in grāmatica tempus cō
sequit̄ modum esse fluxus ꝛ successionis: quomō autem aliqua significā
tur esse in tempe cōmensuratiue vt coꝛruptibilia ꝛ quō aliqua coexistē
ter vt eterna: dictū est in capitulo de verbo.

Notandū quarto ꝛ vltimo: ꝙ p̄sona v̄bi

diffinit̄ cōiter sic Est ꝓꝑetas v̄bi attributa v̄bo ea ratiōe qua significat
significatū suū pꝛout potest attribui rei vt facit mētionē de se vt de se:
ad aliū vt ad alium: de alio vt de alio. In qua diffinitiōe tangit̄ triplex
p̄sona. Prima tangit̄ cum dicit̄: de se vt de se. Scd̄a tangit̄ cū dicit̄ ad
alium vt ad aliū. Tercia tangit̄ cum dr̄ de alio vt de alio. Diffinit̄ aute3
p̄ma persona sic: est ꝓꝓꝛietas verbi attributa verbo ea ratiōe qua sig
nificat s̄catū suu3 pꝛout attribuit̄ rei que facit mentionem de se vt de
se vt ego lego. Scd̄a p̄sona est ꝓꝑetas verbi attributa verbo ea rōne
qua significat s̄catū suū ꝓut attribuit̄ rei que facit mentionē ad alium
vt ad aliū vt tu legis. Tercia p̄sona est ꝓꝑetas v̄bi attributa v̄bo ea ra
tione qua significat significatū suū ꝓut attribuit̄ rei que facit mētionē
de alio vt de alio vt ille legit Sciendū scd̄m autoꝛem modoꝝ significā
di ꝙ persona capit̄ a modo essendi rerū rōnabilium: videlicet a modo
loquēdi: qui modus loquēdi est triplex: ꝛ ergo etiā p̄sona in p̄tibus oꝛa
tionis repitur triplex. Persona ergo cōuenit verbo non ratione sui rei
et s̄cati ꝓpꝛij: sed ex eo ꝙ s̄catū verbi vel res verbi est applicabilis ꝛ at
tribui potest rei s̄care p̄ suppositū vn̄ Persona verbi diffinit̄ sic: est mo
dus significād̄i verbi q̄ mediāte verbū cōsignificat ꝓpꝛietate3 loquēdi
non inherentē rei verbi sed vt res v̄bi applicabilis est rei suppositi sub
sistenti p̄ se ꝓpꝛietati loquendi. Vn̄ illud verbū dicitur esse p̄me p̄sone
cuius significatū est applicabile supposito ꝓut significat sub modo lo
quēdi de se vt de se. sic simil̄r dicatur de p̄sona scd̄a ꝛ tercia.

Istis notabilib⁹ sic stātibus est ꝯclusio

rn̄salis. Littera donati de nūero figura persona ꝛ tp̄e verbi est sufficiē
ter assignata. patet ex his que dicta sunt in notabilibus.

Arprimo. Numerus nō est accidens verbi. Probatur. q2 multa ver
ba sunt sine nūeris: dicit em̄ donatus ꝙ verba imp̄sonalia sunt sine nu

mero et ꝑsona. Dico veꝝ argm̄. ꝯcluderet si donatus absolute voluisset ꝙ verba essent sine nūeris et ꝑsonis: sed vult ꝙ aliqua sunt verba que sibi nullū certū numeꝝ et ꝑsonā determināt: sed possunt esse oīm nūeroꝝ et ꝑsonaꝝ indifferenter: et q̄ certitudinē ꝑsone et nūeri accipiūt ab additiōe suppositi: vt sunt verba impꝑsonalia ⁊ infinitiui modi.

Ar̄ Scđo. Numerus pluralis non repitur in verbo. Probatᷣ. Illud est pluralis nūeri cuius significatū attribuitᷣ pluribus. sed significatū verbi nō potest attribui pluribus. ergo Maior patet ex diffinitione nūeri pluralis. Minor. q: significatū verbi est accidens. modo idē accidens non pōt cōuenire pluribus. dicitᷣ enim quarto phisic. ideꝫ nō est in diuersis. Dico veꝝ argumentū cōcludit idem significatū verbi scđm numerū nō cōuenit pluribus: tamen bene scđm speciem.

Ar̄ Tercio. Plures sunt figure in verbo q̄ꝫ due. Probatᷣ q: aliq̄ est figura decōposita: vt patꝫ ꝑ ꝑscia. viij. maioris cap. de figura: vt cōcupisco ꝑterrefacio. Dico ꝙ figura decōposita ꝯphēditᷣ sub fig. ꝯposita.

Ar̄ Quarto. Negligo nō est figure cōposite. Probatᷣ. dictio cōposite figure debet diuidi in plures ꝑtes significatiuas. sed negligo nō diuiditᷣ in plures partes significatiuas. ergo Maior ē nota. Minor patet de se. Dico licet hoc verbo negligo scđm se nō diuiditᷣ in plures partes significatiuas: tamē sufficit ꝙ diuiditur in partes significatiuas secundū eius integra: vt in nec ⁊ lego.

Ar̄ Quinto. Donatus in textu cōtradicit sibiipͥ. ergͦ ꝓcessus suus non valet. Probatᷣ aīs. q: ꝑmo in textu dicit ꝙ tpa in v̄bo sūt tria. ⁊ postea dicit ꝙ tpa in declinatiōe verboꝝ sunt quinqꝫ. Dico verū argm̄. ꝯcluderet si hoc esset ad idem. q: ꝯtradictio debꝫ fieri ad idem: modo in ꝑmis donatus ponit tria tpa in verbo ad seinuicē irreducibilia et postea subiungit alia que reducūtur ad ista: q: ad p̄teritum.

Ar̄ Sexto. Tempus nō est de cōsideratione grāmatici. ergo. Probatur. quia est de cōsideratione naturalis phi. vt patet quarto phisicoꝝ vbi aristo. diffinit tempus. Dicatᷣ ꝙ considerare de tēpore quo ad esse pertinet ad naturalē philosophum sed quo ad significare vel cōsignificare pertinet ad grāmaticum.

Ar̄ Septimo. Nō sunt tria tpa in verbo. Probatᷣ. quia preteritū et futurū nō sunt tempa. Probatᷣ. illud qđ nō est non est tempus. sꝫ preteritū ⁊ futuꝝ nō sunt ergo. Maior est nota q: nō ens nō est aliquid. Minor ꝙ p̄teritū non est. q: dicitᷣ ꝑmo celi. ad p̄teritū non est potētia. quia abijt ⁊ futurū etiā nō est sed veniet. Dico licet preteritū ⁊ futuruꝫ nō sunt quo ad esse: tamē sufficit ꝙ sunt quo ad significari: q: possunt significari. ꝯcedūt em̄ logici ꝙ etiā impossibile est significabile: nec opꝫ ꝙ partes tales sint simul: quia tempus est res successiua mō rei successiue repugnat habere oēs partes suas simul.

Ar̄ Ultimo. Persona nō est accidens verbi. Probatᷣ persona significat sub mō loquēdi. sed verbo nō cōuenit modus loquēdi. igitur. Maior est nota ⁊ est autoris modoꝝ significandi. Minor. quia modus significandi cōuenit rebus animatis rationabilibꝰ: verbū aūt significat accidens cui nō cōuenit modus loquēdi. Dico veꝝ argumentū ꝯcludit ꝙ verbū scđm se non habꝫ ꝑsonam nec ei cōuenit scđm se: sed ꝑsona cōuenit verbo in cōꝑatione ad suppositū cui cōuenit modus et ꝓprietas loquendi. vt dictum est in vltimo notabili.



Duerbium quid est? Pars orationis que adiecta verbo significationeꝫ eius explanat atqꝫ implet.

Utꝝ diffinitio aduerbij a donato sit sufficientᷣ assignata. Pro intellectione q̄stiōis mote. Notandū ꝑmo ꝙ donatus postq̄ꝫ determinauit de ꝑtibus declinabilibꝰ et ꝑncipalibus eas diffiniēdo ⁊ earū accn̄tia ostendēdo: iam ꝯsequēter determinat de partibus indeclinabilibꝰ et minus ꝑncipalibꝰ. Et ratio huius quare breuius expedit se de ꝑtibus indeclinabilibꝰ: Et etiā pauciora accidētia ꝑtiū indeclinabiliū ponit q̄ꝫ declinabiliū. q: ꝑtes indeclinabiles nō ꝟcāt rem sed solū circūstantias reꝝ: et ergo ab eoꝝ significatis nō possunt oriri ⁊ accipi tot modi significādi quot a ꝟcatis ꝑtiū declinabiliū: ꝑtes em̄ declinabiles significāt rem: indeclinabiles v̄o modū rei tm̄ ⁊ ergo q: partes indeclinabiles nomināt modū essendi modicū: etiaꝫ habēt modos significādi paucos: modi em̄ significādi ꝑsupponūt modos essendi: plutificatis aūt causis etiā plurificantᷣ effectus: ⁊ paucificatis causis etiam paucificantᷣ effectus ex quo sunt relatiua. ¶ Pro diffinitiōe aūt aduerbij intelligēda. Sciendū diffinitū ꝑsentis diffinitionis est aduerbiū in suppositiōe ꝑsonali captū: non ꝓ se sed ꝓ suis signatis. i. dictionibꝰ aduerbialibus. Pro genere aūt in ista diffinitiōe ponitᷣ pars orōnis ⁊ capitur eodē modo sicut antea capiebatᷣ: scilicꝫ ꝓ dictiōe apta nata ingredi orationē latinā. Est aūt aduerbiū pars orōnis indeclinabilis: nō em̄ inflectitur ⁊ declinatᷣ de casu in casum sicut ꝑtes ꝑcedētes. Dicitᷣ scđo in diffinitiōe q̄ adiecta: hoc est adiectiualitᷣ apposita ipi verbo: in qua ꝑticula donatus vult ꝙ aduerbiū est adiectiuū ipsiꝰ verbi: et vult ꝙ aduerbiū respectu verbi hꝫ ꝓprietatē adiectiui: ꝓpriū em̄ adiectiui est determiare et specificare illud cuius est adiectiuū: vt albus hō. sic similitᷣ aduerbium determinat ⁊ specificat cōfusam significationē verbi vt curro bene curro em̄ per se positū ꝟcat omnē actū currendi: siue bonū siue malum: sed cū dico curro bene: solū ꝟcat actū currēdi bonū. Qꝛ aūt aduerbiū sit adiectiuū verbi tetigit hoc priscia. ꝑmo minoris cū dixit. Aduerbiū est vi verbi adiectiuū qđ intelligitᷣ sic: aduerbiū est adiectiuū. i. determinatiuū verbi scilicꝫ ipsius vi. i. ex suo modo significandi.

Notandū scđo ꝙ aduerbiū determinat verbū tribus modis: primo supaddenter: qñ scꝫ aduerbiū additū v̄bo facit ipsum latius accipi q̄ꝫ acciperet sine tali additiōe: vt dicēdo sortes currit ymaginabilit᷑: cū em̄ dico sortes currit significat tantū actus currendi scđm existentiā et rem: sed cū dico sortes currit: ymaginabilit᷑ nō solum ſcatur actus currēdi scđꝫ veritatē ⁊ existentiā sed etiā scđm ymaginationē. Scđo aduerbiū determiat verbū distrahent᷑: vt sunt aduerbia negādi q̄ addita verbis negant ⁊ distrahūt significata illoꝝ verboꝝ vt sortes nō legit. Et istis duobus modis aduerbiū satis improꝑe determinat verbū. Determinare em̄ ex v̄tute vocabuli est specificare: modo determinare supaddenter nō est specificare sed potius latius ⁊ confusius facere stare. Similiter aduerbia negandi non ꝓprie determināt quia negare est destruere ⁊ non specificare. Negatio em̄ est signum malignātis nature: vt dixit boetius. quicqd post se inuenit totum destruit et eius oppositū inducit. Tercio aduerbiū determinat verbū diminuēter: quādo scꝫ aduerbiū additū verbo facit ipsum accipi ꝓ paucioribus q̄ꝫ acciperet sine tali additione vt curro bene: quādo em̄ absolute dico curro: accipit᷑ pro quolibet actu currendi: sed quando dico: curro bene solum accipit᷑ pro actu currendi bona.

Notandū tercio donatus dicit in textu: explanat atq̄ꝫ implet: grāmatici in expositiōe haꝝ particularū diuersificati sunt: qdā em̄ volūt ꝙ iste ꝑticule due idēꝫ sunt ⁊ ſcāt in re: differūt tamen rōne. Et isti ꝯsequenter dicūt ꝙ ista cōiunctio ⁊ in diffinitiōe posita debet capi expositiue ⁊ non copulatiue. Melius tamen dicit᷑ ꝙ iste due particule explanare ⁊ implere ad diuersa debent referri ⁊ diuersa importare. Explanare em̄ absolute valet sicut adiectiualit᷑ determinare sed implere valet tantū sicut cōfusam significationē verbi specificare et remouere. Sequit᷑ correllarie p̄mo ꝙ explanare cōuenit cuilibet aduerbio. omne em̄ aduerbiū est vi verbi adiectiuū: et om̄e aduerbium determinat verbū: modo explanare valet tantū sicut adiectiualiter determinare. Sequit᷑ correllarie scđo ꝙ implere non ꝯuenit cuilibet aduerbio ꝓprie em̄ implere cōuenit aduerbijs que determināt verbū diminuenter tm̄. Sequit᷑ correllarie tercio ꝙ recte donatus posuit istas particulas diuersas: explanat atq̄ꝫ implet. Patet q: aduerbiū determinat verba varijs modis om̄ia em̄ aduerbia determinant verbum: eo ꝙ hoc est propriū aduerbij: modo ꝓpriū cōuenit cuilibet cōtento sub specie: sed aliqua aduerbia vltra illam determinationē generalē om̄i aduerbio cōuenientē determināt diminuēter: primā determinationē generalē expressit ꝑ hanc particulā explanat: scđm per implet.

Notandū quarto ⁊ vltimo ꝙ scđm auto

rem modoꝝ ſcādi. Modus ſcandi aduerbij est iste. aduerbium est pars orōnis ſcans per modū determinātis alterū qđ per modū fluxus ⁊ fieri ſcat. In quo mō significādi aduerbij totali inuitur duplex modus significādi aduerbij partialis. Significare em̄ per modū determinātis alterū est modus significādi gn̄alis vel materialis aduerbij. Alie em̄ partes indeclinabiles etiā determināt: partes em̄ indeclinabiles ſcant dispositionē rerum. mō dispositio rei determinat illud cuiꝰ est dispositio. Sed cum đr ꝙ aduerbiū determinat illud qđ per modū fluxus et fieri significat: ibi tangit᷑ modus significādi formalis aduerbij per quē distinguit᷑ ab alijs partibus oratiōis: ⁊ per quē aduerbiū sub esse partis orationis constituit᷑. In illo ergo modo significādi formali tangit᷑ ꝓprium aduerbij: videlicet ꝙ ipsum aduerbiū determinat verbum: qđ verbū significat per modū fluxus ⁊ fieri. Sequit᷑ correllarie ꝙ aduerbiū etiā determinat participiū. Patet. q: aduerbiū determinat illud qđ significat per modū fluxus ⁊ fieri: cōstat aūt ꝙ etiā ꝑticipiū ſcat per modum fluxꝰ ⁊ fieri. Sequit᷑ correllarie scđo licet aduerbiū etiā determinat ꝑticipium. tm̄ magis ꝯuenienter aduerbiū dicit᷑ adiectiuū verbi q̄ꝫ participij: q: aduerbium nō determinat participium nisi gratia sue ſcationis: quam significationē participium capit a verbo ⁊ per ꝯn̄s participium determinat᷑ ab aduerbio ratione ipsius verbi.

Istis notabilibꝰ sic stantibus est cōclusio responsalis. Diffinitio aduerbij a donato posita est bene assignata. Patet declaratio ex his que dicta sunt.

Ar Pri mo. Diffinitio est incōgrua. ergo nō valet. Probat᷑ an̄s. in ea antecedēs relatiuū discōueniunt in genere. ergo est incongrua. Tenet ꝯn̄a. q: qñ an̄s ⁊ relatiuū discōueniūt in genere oratio est incōgrua. Probat᷑ an̄s. q: relatiuū que est generis femini. ⁊ an̄s aduerbium generis neutriꝰ Dico verū argm̄ ꝯcluderet si hoc relatiuū que referret hoc an̄s. s. aduerbiū sed refert hoc an̄s. s. pars oratiōis. ⁊ sic diffinitio valet tm̄ aduerbiū est pars oratiōis: que. s. pars oratiōis aduerbiū: ⁊ sic illa pars orōnis aduerbiū nō est simplicit᷑ ꝯgrua. sꝫ ꝑ figurā q̄ đr appositio.

Ar Scđo. Aduerbiū non est pars distincta a verbo. Probat᷑. sicut se habet adiectiuū nominis ad suū substantiū sic se habet aduerbiū ad verbū. sed adiectiuū nois cū substantiuo suo est eiusdē partis: ergo etiā adiectiuū verbi vt aduerbiū est eiusdē partis orōnis cū verbo ⁊ sic aduerbiū ⁊ verbū nō erunt partes distincte. Maior. q: sicut adiectiuū nominis determinat suū substantiuū: sic aduerbiū determinat verbū. Minor est nota Dico ꝙ nō est simile ⁊ ratio diuersitatis est ista. q: adiectiuum nominis cū suo substātiuo vel determinabili habet eundē modum significādi gn̄alem ⁊ specialē: vt hoc adiectiuū albus cū suo substātiuo homo ambo significāt per modū entis ⁊ determinate apprehēsionis. sic aūt nō est de adiectiuo verbi vt aduerbio respectu verbi.

Ar Tercio. Aduerbiū non est pars oꝛōis indeclinabilis. Probat̄ sic: nulla pars indeclinabilis reddit suppositū verbo. sed aduerbiū reddit suppositū verbo. ergo Maioꝛ. q: reddere suppositū solū ꝯuenit parti casuali: ꝛ illa est declinabilis. Minoꝛ patet dicēdo: mane est: sero est Dico ꝙ aduerbiū inq̄ꝫtum aduerbiū nō reddit suppositum v̄bo sed vox similis aduerbio reddit suppositū vt mane est: sero est: ille enim voces in oꝛōnibus illis transeūt in vim noīs. Tribus aūt mōis aduerbiū fit nomē. Primo qn̄ reddit suppositū verbo vt exemplificatū est. Secūdo qn̄ addit̄ ei adiectiuū vt bonū mane: bonū sero. Tercio qn̄ additur ei ꝓpositio per appositionē vt de mane: de sero.

Ar Quarto. Aduerbū nō explanat significationē verbi. Probat̄ destruere nō est explanare. sed aliqͦd aduerbiū destruit significationem verbi. ergo. Maioꝛ est nota. q: explanare est determinare ꝛ nō destruere. Minoꝛ patet de aduerbijs negādi. que destruūt significationē verbi. Negatio em̄ vt dicit boetius est malignātis nature quicqd post se inuenit totū destruit ꝛ oppositū eius inducit. Dico verū argumentū ꝯcludit ꝙ aduerbia negādi nō determināt ꝓcatiōeꝫ v̄bi diminuēter ꝫ bene destrahent̄ ꝛ hoc sufficit: vt dictū est in scōo notabili.

Ar Quinto. Aduerbiū nō implet significationē verbi. ergo. Probatur illud quod est scōm se ꝑfectū non potest impleri. sed significatio verbi scōm se est ꝑfecta: igitur Maioꝛ q: perfectū nō suscipit yperbole vl' additionē vt dicitur quinto methaph. Minoꝛ. q: verbū habet modū ꝓcandi formalē dstinctū a q̄liber ꝑte alia. mō res est ꝑfecta ꝑ suā foꝛmā: ab eodē em̄ res habet esse et esse perfectū. vt dicit boetius in libello de vno ꝛ vnitate. Dico verū argm̄. ꝯcluderet si aduerbiū simpliciter ip̄m verbū ꝑficeret: sic ꝙ verbū esset incōpletū in eius modo ꝓcādi sed aduerbiū implet significationē verbi quo ad audientē ꝛ modū supponendi: cū enim absolute dicit̄ curro: incertū est quo ad audientē qualis sit actus currendi bonus vel malus. sed cū dico: curro bene. certificatur animus audientis ꝙ actus currendi est bonus.

Ar Sexto. Aduerbiū nō determinat v̄bū. igit̄ Probat̄. q: aduerbiū deteriat nomē probat̄ in ista oꝛatiōe: valde bon⁹ Dico veꝝ argu. ꝯcludit ꝙ aduerbiū determiat v̄bū sicut determinationē ꝓpriā ꝛ vt in plurimū tn̄ etiam pōt alias ꝑtes determinare. sed impꝛopꝛie et raro.

Ar Septimo. Aduerbiū nō determinat verbū. Probat̄. aduerbium determinat totā ꝓpositionē vel totā cōpositionē: sed ꝓpō vl' tota cōpositio nō est aduerbiū ergo. Maioꝛ est nota ꝛ est petr⁹ hysp. ꝑmo tractatu cap. de modalibus: vbi dicit ꝙ aduerbiū qn̄qꝫ determinat totam ꝓpositionē vel cōplexū quod supponit ꝑ ꝓpōne: vt hic necessario hō est aīal: vbi: necessario est aduerbiū ꝛ determinat totā ꝓpōnem: q: valet tm̄: hec ꝓpō homo est aīal est necessaria. Dico veꝝ argm̄. cōcludit ꝙ aduerbiū aliqn̄ determinat totā ꝓpositionē: habet tn̄ aptitudinem adhuc ad determinandū v̄bū: quinimo aduerbiū ꝙ determiat ꝓpositionē hoc fit respectu verbi semꝑ ꝛ copule q̄ est cā formalis illi⁹ ꝓpōnis.

Ar Ultimo. Nō est ꝓpꝛium aduerbij determinare verbū. igit̄. Probatur. quia interiectio etiā determinat verbū et interiectio non est aduerbiū. Probatur in ista oꝛatione: heu moꝛi quid moꝛtalib⁹ inducis. Item in ista heu moꝛi graue moꝛs em̄ grauissima reꝝ: in quibus exemplis interiectio heu determinat hoc verbū moꝛi. ergo non est ꝓpꝛium aduerbij determinare verbū. ꝓpꝛium em̄ est qͦd cōuenit soli omī et semꝑ. Dico veꝝ argumentū ꝯcludit ꝙ etiā interiectio determinat v̄bū sed nō eodē modo sicut aduerbiū: aduerbiū em̄ determinat verbū cognita voce. interiectio aūt incognita voce. Sequit̄ coꝛrellarie ꝙ determinare absolute verbū non est ꝓpꝛium aduerbij. q: etiam ꝯuenit interiectioni: sed determinare verbū cognita voce hoc est ꝓpꝛium aduerbij quarto modo respectu verbi.

Aduerbio quot accidunt? Tria. Que? Significatio, Cōparatio, ꝛ Figura Significatio aduerbioꝝ in quo est? Quia sunt aduerbia: aut loci: aut tempis: aut numeri: aut negandi: aut affirmādi: aut demōstrandi: aut optandi: aut hoꝛtādi: aut oꝛdinis: aut interrogādi: aut similitudinis: aut qualitatis: aut quantitatis: aut dubitandi: aut personalia: aut vocandi: aut respondēdi: aut separandi: aut iurandi: aut eligēdi: aut cōgregādi: aut pꝛohibēdi: aut euētus: aut cōpandi. Da aduerbia loci? vt hic vel ibi illuc inde intro vel foras. Da tempoꝛis? vt hodie heri nūc nuꝑ cras aliqn̄ olim iamcū duꝫ mane mō sero semper Da nūeri vt semel bis ter quater. Da negandi vt haud nō neqꝫ. Da affirmandi vt etiaꝫ q̄n ni certe. Da demonstrādi vt en ecce. Da optan

di vt vtinã osi. Da hortãdi vt eia age. Da ordinis vt deinde deinceps. Da interrogãdi vt cur quare q̃ꝫ obrẽ p̃sertim. Da similitudinis vt q̃si ceu sicut sicuti velut veluti tãq̃ꝫ vt vti. Da qualitatis vt docte pulchre fortiter viriliter bene male. Da quantitatis vt multũ parũ modicũ minimũ minime valde. Da dubitãdi vt forsan forsitan fortassis vel fortasse. Da psonalia vt mecũ tecum secũ nobiscũ vobiscum. Da vocãdi vt o. Da rñdendi vt heus. Da sepandi vt seorsum retrorsuꝫ Da iurãdi vt edepol castor hercle mediusfidius. Da eligẽdi vt potius imo. Da ꝯgregãdi vt simul vna pariter. Da ꝓhibendi vt ne. Da euentus vt forte fortuitu. Da cõparandi vt magis minus vl' tam maximũ minimũ minime valde. Compatio aduerbiorũ in quo est: in tribus gradibus cõparationis. s. Positiuo. Cõparatiuo. ⁊ Suplatiuo. Da aduerbia positiui gradus: vt docte. Da cõparatiui: vt doctiꝰ. Da suplatiui: vt doctissimũ vel doctissime. Figure aduerbiorꝫ que sunt: Due Que: Simplex: vt docte prudenter. Cõposita: vt indocte imprudenter. Aduerbia localia sunt hec: in loco vl' de loco vel ad locũ vel ꝑ locum. Sed in loco ⁊ de loco eandeꝫ significatione habent: vt intus sum intus exeo: foris suꝫ foris venio. Ad locũ aũt ⁊ per locum aliam significatione habent: vt intro eo foras exeo. De intus autem et foris sic nõ dicit. Quomõ em̃ afforas vel inforas per locum aũt. vt hac illac istac.

¶ Utrũ littera donati de accidẽtibꝰ aduerbij sit bene assignata Et vtrum tm̃ quattuor sint aduerbia interrogatiua locoꝝ.

Pro intellectiõe q̃stiõis more. Notandũ est p̃mo ꝙ hec questio duo querit. Primo querit vtrũ littera donati de accñtibus aduerbij sit bene assignata. Scdo querit vtruꝫ tm̃ quattuor sint aduerbia interrogatiua locoꝝ. Pro pte p̃ma questiõis intelligẽda. Sciendũ donatus dicit in textu. ꝙ accñtia aduerbij sunt tria. s. significatio compatio ⁊ figura. Pro quo notandũ. Significatio aduerbij diffinit̃ sic. est ꝓp̃etas aduerbij attributa aduerbio ea rõne q̃ est determinatũ verbij vel pticipij aliqua determinatiõe accñtali ⁊ speciali supaddita. s. rõne loci: temporis: numeri: aut q̃litatis. Capit̃ ergo significatio dupl'r. Unomõ absolute ⁊ simplicit̃ ꝓ modo determinãtis alterũ qd̃ per modũ fluxus ⁊ fieri significat: nõ habẽdo respectũ ad aliquã hitudinẽ accidentalẽ in speciali: scꝫ ratiõe loci nũeri: ⁊ isto mõ significatio est essentialis aduerbio: eo ꝙ hoc exp̃mit̃ in modo ſcandi ipsius aduerbij. Scdo capit̃ significatio specialit̃ ⁊ determinare. s. vt vltra actũ determinãdi gñalem importat modũ determinãdi in speciali. s. aut rõne loci: aut numeri: aut tpis et sic ſcatio est accidẽs ipsius aduerbij: et sic capit̃ hic. Ex quo sequit̃ ꝙ determinare ip̃m verbũ absolute est essentiale aduerbio: eo ꝙ hoc exp̃mit eius modũ significandi essentialis. sed determinare verbũ sic vl' sic hoc est ei accñtale vt determinare verbũ rõne numeri aut loci aut tpis hoc est accñtale. Dicit aũt in textu donatus ꝙ significatiões aduerbioꝝ sunt vigintiq̃ttuor: verũ est p̃ncipales ⁊ ad seinuicẽ irreducibiles: quia plures sunt significatiões aduerbioꝝ que reducũtur ad istas: vt patꝫ ꝑ priscianũ. xv. maioris Aliqua em̃ sunt aduerbia cõfirmatiua: vt quippe ⁊ ista reducũtur ad aduerbia affirmandi. Aliqua sunt remissiua vt paulatim: ⁊ reducũtur ad aduerbia q̃litatis. Aliqua sunt aduerbia intensiua vt valde: ⁊ reducũtur ad aduerbia ꝯpandi. Aliqua discretiua vt sociatim: ⁊ ista reducũtur ad aduerbia cõgregandi. Aliqua separatiua vt sigillatim: ⁊ reducũtur ad aduerbia separãdi. Aliqua ordinatiua vt dehinc: ⁊ reducũtur ad aduerbia ordinis. Aliqua suplatiua vt maxie ⁊ re-

ducũtur ad aduerbia cõparandi. Aliqua suspẽsiua vt priusq̃ postq̃: ⁊ reredunt ad aduerbia ordinis. Aliqua exclusiua vt tm̃ solũ. Aliqua exceptiua vt p̄ter p̄terq̃: et reducunt ad aduerbia seꝑandi Aliqua reduplicatiua: vt intm̃ inq̃tuz: ⁊ reducũtur ad aduerbia q̄litatis. Declaratio aũt haꝝ specieꝝ satis declarat in lectura ⁊ cõmẽto nõ est necesse hoc hic repetere. dicit eñ octauo thopicoꝝ. Conturbat quod frequẽtatur.

Notandũ scd̃o ꝙ scd̃m accidẽs ipsiꝰ ad-

uerbij est cõꝑatio. Et diffinit compꝛatio aduerbij sic. est ꝓprietas aduerbij attributa aduerbio ea rõne qua aduerbiuz intensibilr̃ vel remissibilr̃ cũ excessu vel sine excessu est ꝓcatũ. Sequit correllarie ꝙ tres sunt gradus cõꝑationis in aduerbio sicut in noie. positiuꝰ vt docte: compatiuꝰ vt doctius: suꝑlatiuus vt doctissimũ vel doctissime Sequit correllarie scd̃o ꝙ cõꝑatio in aduerbio est duplex: sicut in nomie. s. regularis ⁊ irregularis. Regularis vt docte doctius doctissimũ vel doctissime. Irregularis vt parue minus minimũ vel minime. Sequit correllarie tercio ꝙ cõꝑatio in aduerbio est triplex. Quedã vocis tãtum: vt nouiter nouus nouissimũ vel nouissime. Quedam significatiõe tm̃: vt bene melius optimũ vel optime. Quedã vocis ⁊ significatiõis simul: vt docte doctius doctissimũ vel doctissime. Sequit correllarie quarto ꝙ solũ aduerbia qualitatis ⁊ quãtitatis compant: et hoc illa que descendũt a noibꝰ adiectiuis: excepto hoc aduerbio sepe qd̓ cõꝑatur: et tamẽ non descendit a noie adiectiuo cõꝑabili. Sciendũ etiã differẽtia est inter cõparatiuũ nominalẽ ⁊ aduerbialẽ ista: q: compatiuꝰ noialis habet modũ ꝓcãdi nominis ⁊ regit post se ablatiuũ vt aial fortius asino currit. Sed cõꝑatiuꝰ aduerbialis nõ regit ablm̃ sed determinat aduerbiũ vt iste fortius laborat q̃z iste. Sequit correllarie quinto ꝙ om̃es gradus cõꝑationis in aduerbio aut significat cũ excessu aut sine excessu: si sine excessu sic est positiuus. si cum excessu hoc est duplicit: aut cũ excessu mediocri sic est comparatiuus: aut cum excessu in summo: ⁊ sic est suꝑlatiuus

Notandũ tercio: ꝙ terciũ accidens ad-

uerbij est figura: ⁊ diffinit eodẽ modo sicut in noie solũ mutãdo genus vt vbi in noie dictũ est ꝓprietas nois. hic dicit: figura est ꝓprietas aduerbij. Et dicit prisciã. xv. maioris ꝙ figura in aduerbio est triplex: simplex vt docte: cõposita vt indocte: decõposita vt misericordit qd̓ venit a misericcors ⁊ misericors venit a miser ⁊ cor vel a miserãs vt alij volũt Sed donatus cõprehẽdit figurã decõpositã sub cõposita: ⁊ cepit figuram cõpositã cõiter. Sequit correllarieꝙ aduerbia cõponunt q̃tuor mõis. Primo ex duobꝰ integris vt indocte. Scd̃o ex duobꝰ corruptis: vt efficacit. Tercio ex integro ⁊ corrupto vt inepte. Quarto ex corrupto ⁊ integro vt semiplene. Regule autẽ de formatiõe aduerbioꝝ iuxta p̄scia. xv. maioris sunt tres. Prima si nomẽ fuerit scd̃e declinatiõis tunc

aduerbiũ format a dtõ singulari: mutando o in e ꝓductã: vt doctus docto muta o in e erit docte: excipit ab ista regula bene male q̄ licet terminẽt in e: tamẽ non in e productũ sed breue. silr̃ excipit cito iterato q̄ non terminãtur in e sed in o. Scd̃a regula si nomẽ fuerit tercie declinationis et terminat in ans vel in ens et habet tis in gtõ: tũc mutãdo tis in ter fit aduerbiũ vt sapiens sapient: prudens prudẽter. Tercia regula si nomẽ fuerit tercie declinatiõis ⁊ terminat in alias terminationes q̃z in ans vel in ens ⁊ habet tis in gtõ: tũc aduerbium format a dtõ singulari corripiẽdo ti ⁊ addẽdo ter. vt fortis fortiter.

Notandũ quarto ⁊ vltimo ꝙ donatꝰ in

fine in capitulo de aduerbio ostẽdit ꝙ q̃tuor sunt aduerbia interrogatiua locoꝝ. s. quo qua vbi ⁊ vnde. ⁊ ista q̃tuor aduerbia interrogatiua locoꝝ circũlogmur per hec cõplexa. in loco de loco ad locũ ⁊ ꝑ locũ per in loco intelligit vbi: per de loco vnde: ꝑ ad locũ quo: per ꝑ locũ vo intelligit qua. Et dicit ꝙ in loco hoc est vbi: ⁊ de loco. i. vñ: hñt eandẽ significationẽ. i. eadẽ respõsiua: vt cũ querit: vbi es? rñdet: intus sum. silr̃ cũ querit: vnde venis? intus exeo: vbi hoc aduerbiũ intus rñdetur ad vbi et etiã ad vñ. silr̃ hoc aduerbiũ foris respondet ad vbi et etiã ad vñ querẽdo eñ vbi es? respondet foris sum. silr̃ querẽdo: vñ venis? rñdetur: foris venio. Subiũgit ꝙ ad locũ. i. quo: et ꝑ locũ. i. qua habẽt aliam significationẽ. i. alia respõsiua. q: ad quo respõdet intro ⁊ foras: ad qua vo respõdet hac illac istac. vñ querẽdo qua vadis? rñdet: hac illac. sed querẽdo. quo vadis? rñdet. eo intro: exeo foras. Pro latiori huius intellectione. Sciendũ ꝙ modus respõdendi ad ista quattuor aduerbia interrogatiua locoꝝ patet in hoc metro. Quo petit ad qua per. in vbi. sed vnde petit de. Et vult hoc metrũ quattuor. Primũ ad interrogationẽ factã ꝑ quo debet respõdi actũs cũ p̄positiõe ad: vt quo vadis. respondet ad domũ. Scd̃m ad interrogationẽ factã ꝑ qua: debet responderi actũs cũ p̄positione per: vt qua vadis? rñdet: per domũ. Terciũ ad interrogationẽ factã ꝑ vbi. debet rñderi ablrũs cũ p̄positione in: vt vbi es? respondet: in domo. Quartũ ad interrogationẽ factã ꝑ de. respõdetur ablatiuus cũ p̄positiõe de: vt vnde venis? rñdet. de domo Quomõ autẽ alexan. docet respondere ad interrogationẽ factã ꝑ ista quattuor aduerbia satis dictũ est in scd̃a parte alexandri.

Istis notabilibus sic stantibꝰ est cõclu-

sio respõsalis. Littera donati de accidentibus aduerbij: ⁊ de aduerbijs quattuor interrogatiuis locoꝝ est sufficiẽter assignata. Ueritas huius ꝯclusionis satis patet ex his que dicta sunt in notabilibus.

Ar primo. Plura sunt accñtia aduerbij q̃z tria. Probat. quia motio etiã est accidens aduerbij. Probat. q: aduerbiũ comparat. ergo etiã mouet. Tenet ꝯsequentia. q: omne qd̓ cõparat hoc etiã mouet. vt

doctus cōparatur ꝛ etiā mouet.ꝛ patet inductiue de similib⁹. Dico ve-
rum argumentū cōcludit ꝙ oīe illud qđ cōpatur compatione nomina
li hoc etiam mouet.sed nō oportet ꝙ illud qđ cōparatur cōparatione
aduerbiali: ꝙ hoc deberet moueri.

Ar Scđo. Plura sunt accidentia aduerbij ꝙ̄ tria. Probatur.qꝛ ordo
etiā accidens aduerbij.igit̄ Probatur.qꝛ aliqua sunt aduerbia p̄-
positiui ordinis.q̄ scꝫ tm̄ pponunt̄: vt sunt aduerbia suspensiua vt prius
ꝙ̄ postꝙ̄.similiter optādi interrogādi. Et aliqua sunt aduerbia que di-
cūtur postpositiui ordinis: vt oīa alia cōiter. Dico verꝫ argumentū cō
cluderet si ordo cōueniret aduerbio secūdm omnem eius speciem vel
differentiā.modo hoc hic non fit: qꝛ ordo cōmunis ei non couenit.non
oportet ergo ꝙ ordo sit accidens aduerbij.

Ar Tercio. Plura sunt accidentia aduerbij ꝙ̄ tria. Probat̄ qꝛ species
etiam est accidēs aduerbij Probat̄.quia aduerbia cōiter deriuant̄ a no
mine. Dico verꝫ argumentū cōcludit ꝙ tm̄ tria sunt accidētia aduerbia
ad seinuicē irreducibilia.mō spēs reducitur ad cōparationē.

Ar Quarto. Significatio nō est accidēs aduerbij. Probat̄. illđ quod
est de essentia rei non est eius accidēs. sed significatio est accidēs
aduerbij.igitur. Probat̄.maior.quia qđ vere est nulli accidit.vt dicitur
primo phisicoꝝ.et cōmentator ibidem dixit. Illud qđ in vno est substan
tia in alio nō est accidens. Minor.qꝛ hoc est de essentia aduerbij ꝙ de-
bet esse pars significatiua. Dico verꝫ argumentū ꝯcludit ꝙ significatio
absolute sumpta est essentialis aduerbij: sed significatio hec vel ista in
specie est bene accidens vt dictū est in p̄mo notabili.

Ar Quinto. Significatio nō est accidēs aduerbij. Probat̄.idem nō
est indiuersis: sed significatio repitur in q̄libꝫ parte orōnis. ergo
significatio nō est speciale accidens aduerbij. Maior quia idem non est
in diuersis.vt dicit̄ q̄rto phisicoꝝ. Minor est nota.qꝛ in qualibet parte
vt dicit autor modoꝝ significādi: reperiūtur tria: scilicꝫ vox significatio
et modus ẜcādi. Dico verꝫ argumentū ꝯcluderet si caperet̄ hic ẜcatio ꝓ
modo q̄ dictio repñtat significatū suū quomō accipit ẜcationē autor
modoꝝ ẜcandi: in p̄ncipio dicēs ꝙ in q̄libet pte sunt tria: vox significa-
tio ꝛ modus ẜcandi sed capit̄ hic significatio pro modo determinādi al
terū in speciali quod significat per modū fluxus ꝛ fieri.

Ar Sexto. Cōpatio nō est accidēs aduerbij. igitur Probat̄.illud qđ
cōparat̄ intendit̄ ꝛ remittit̄.sed aduerbiū nō intendit̄ nec remit
titur.igit̄ Maior.qꝛ hec est vna conditio reqsita ad cōparationē vt de-
claratū est in noīe circa cōparationē. Minor ꝓbatur Illud qđ intendit̄
hoc p̄dicat̄ cū magis: ꝛ illud qđ remittit̄ hoc predicat̄ cū minus sed ad-
uerbia nō predicant̄ ergo Maior est nota ex p̄dicamentis: qꝛ intendi ē
predicari cū magis: remitti est p̄dicari cū minus vt cōiter dicūt logici.
Minor ꝓbatur qꝛ aduerbiū est sinkathegreuma: mō sinkathegreuma
ta nō p̄dicāt̄ Dico verꝫ argumētū ꝯcludit ꝙ aduerbia nō p̄dicat̄ ꝑ se ta

men sufficit ꝙ cum addito ꝛ ꝑ circūlocutionē: vt ioānes existens hic est
existens vbi.ioānes existens nūc: est existens quando.

Ar Septio. Plura sunt aduerbia interrogatiua locoꝝ ꝙ̄ q̄ttuor Pro
batur.qꝛ quorsum quousqꝫ etiā sunt aduerbia interrogatiua lo-
coꝝ: ad quorsum em̄ respondet̄ actūs cū p̄positiōe versus: vt querēdo
quorsum vadis? respondet̄ versus ciuitatē. Ad q̊usqꝫ respondet̄ actūs
cum p̄positiōe vsqꝫ.vt quousqꝫ vadis? rn̄detur vsqꝫ ad montē domini.
Dico verꝫ argumentū cōcludit ꝙ tm̄ quattuor sunt aduerbia interroga
tiua locoꝝ simplicia: sed ista hic enumerata sunt cōposita.

Ar Octauo. Ubi et vnde non habēt eandem significationē. Probat̄
illa que differunt specie nō habent eandē significationē. sed vbi
et vnde differūt specie.ergo Maior est nota.quia sicut res reales distin
guuntur per formas sic termini per significationē. Minor est nota. vbi
enim querit de mobili vt est in loco sed vnde querit de mobili vt venit
de loco vt dictum est in vltimo notabili. Dico verū argumentū conclu-
deret si caperet̄ hic significatio pro modo quo dictio significat.sed ca-
pitur hic significatio pro responsiuo vt dictum est.

Participiū quid est? Pars orationis par-
tem capiens nominis ꝛ vbi? recipit em̄
a noīe genera ꝛ casus? a verbo em̄ tēpa
et significationes ab vtroqꝫ numerū ꝛ figurā.

¶ Utrū diffinitio pticipij a donato posi-
ta sit sufficient' assignata. Pro intellectiōe questiōis mote. Notandū p̄-
mo ꝙ donatus in textu ita diffinit pticipiū. Participiuꝫ est pars orōnis
capiens ptē noīs partēqꝫ verbi: recipit em̄ a noīe genera ꝛ casus: a ver-
bo tempa ꝛ significationes: ab vtroqꝫ aūt numerꝫ ꝛ figurā. Pro qua dif-
finitione intelligēda. Sciendū ꝙ diffinitū p̄sentis diffinitiōis est ptici
piū in suppositiōe personali captū ꝓ suis signatis: licꝫ Petr⁹ hysp.vult
ꝙ oīe diffinitū supponit simpl'r.logici tamen cōes dicūt ꝙ oīe diffi-
finitū supponat ꝑsonaliter ꝓ suis signatis et inferiorib⁹: ꝓ genere aūt
in ista diffinitiōe ponitur pars orōnis ꝛ capit̄ hic pars orōnis incōplexe
pro dictiōe apta nata integrare orationē latinā. Et dicit postea in tex-
tu ꝙ participiū recipit partē noīs Pro quo intelligēdo pticipiū recipe
partē noīs possumus intelligere dupl'r. Primo ꝙ pticipiū reciperet ꝑ
tem materialē: ꝛ isto mō pticipiū nō recipit partem noīs ꝛ verb: alias
em̄ armiger dapifer essent pticipia: armiger em̄ recipit ꝛ cōponitur a
voce nominali arma armoꝝ et a voce verbali.s.gero.sic etiā dapifer cō-
ponit̄ a noīe daps dapis et a verbo fero. Scđo participiū recipe par-

tem nois intelligit partē formalē ⁊ sic dupliciter. Uno mō formalē ⁊ modum ꝑcandi essentialē: ⁊ sic ꝑticipiū iteꝝ nō recipit partē nois: q꞉ mod⁹ significādi nois formalis est alter q̄ꝫ modus ꝑcandi ꝑticipij. similr modus significandi verbi formalis est alter q̄ꝫ modus significandi ꝑticipij. Scđo intelligit ꝙ participiū recipit partē formalem nomis ⁊ verbi accidentalē: ⁊ sic adhuc dupliciter. Uno mō ꝓprie et sic iterum nō recipit quia si sic tunc sequeret ꝙ nomē ⁊ verbū ꝓuarētur illis accidētibus qđ est falsum: sed intelligit hoc similitudinarie: sic ꝙ participiū habet aliq̄ accidentia similia nomini scđm speciē: et aliqua similia in specie accidētibus verbi: et sic hoc est verbum.

Notandū scđo ꝙ donatus dicit in textu ꝙ participiū recipit a noīe genera ⁊ casus: ⁊ non a ꝓnomie: cum tū ꝓnomen etiā habeat illa accidētia. Ratio huius est ista quia a ꝑncipaliori debet fieri denomiatio vt dicit. viij. phīc. sed nomē est pars ꝑncipalior q̄ꝫ pronomē igit ꝑticipiū ꝯueniētius accipit partē nomis q̄ꝫ ꝓnominis Minor patet ꝙ nomē sit pars ꝑncipalior. quia pronomē est inuentū ꝓpter nomē et sic est vicarius ⁊ seruus eius: modo seruus est minus dignus q̄ꝫ dominus. Et dicit ꝙ ꝑticipiū recipit a verbo tempa et significationes. Pro quo intelligēdo licet significatio nō sit accidēs verbi exp̄sse positū ante tamē cōprehendit sub genere. ⁊ sic per significationē verbi hic intelligit genus verbi. vt em̄ postea dicet ꝙ cuius generis est ipsuꝫ verbum illi⁹ significatiōis ē ip̄m participiū vt in plurimū. Et hoc dicit alexanđ in scđa ꝑte sui. In verbi genere que sit significatio quere. Dicit autor in fine ꝙ ab vtroqꝫ recipit numeꝝ et figurā. i. sicut in noīe et verbo repitur numerus ⁊ figura sic etiam in participio vt postea dicet specialiter circa accidentia participij.

Notandū tercio ꝙ p̄scianus vndecimo maioris ita diffinit ꝑticipiū. Participiū est pars orationis que ꝓ verbo accipit ex quo deriuat naturalit. genus et casum habēs ad similitudinē nois et accidētia verbi absqꝫ diseretionē personaꝝ et modoꝝ. Que quidem diffinitio q̄uis in verbis alia sit a diffinitiōe ꝑticipij quā ponit donatus tū eadē est scđm rem Et subiūgit ꝙ participiū est inuentū dupli ci de causa. Prima vt duo actus iūgi possent vni substantie sine medio vt ioānes legens ꝓficit. vbi actus legēdi et ꝓficiendi significant inesse ioanni. Scđo participiū est inuētum vt verba passiua ꝯstrui possent cū ablatiuo intrāsitiue: vt me legente ꝓficior. i. informor Notandū etiā ꝙ participiū hꝫ duplex significatū. quoddā materiale ⁊ hoc est substantia et aliud formale ⁊ hoc est actus quē designat. Rōne p̄mi reddit suppositum v̄bo. suppositū em̄ debꝫ significare rem vñ egrediet actus verbi. ⁊ hoc nō pōt ꝯuenire ꝑticipio rōne ꝑcati formal' sed materialis tm̄. Rōne scđi ꝯuenit cū verbo. sicut em̄ verbū significat actum sic participiū: licꝫ

non eodē modo vt patebit in modo ꝑcandi participij in notabili q̄rto. Sequit correllarie ꝙ licꝫ participiū ꝑcat vnū materialr et aliud formaliter nō tū sequit ꝙ ergo ꝑticipiū sit equiuocū. equiuocū em̄ est qđ ꝑcat multa eque p̄mo ⁊ ꝑcatiōe formali. participiū aūt ꝑcat multa non eque p̄mo et formalr ꝑcatiōe em̄ formali ⁊ ꝑncipalit ꝑcat actū. ex ꝯsequēti autem ⁊ materialr ꝑcat substantiā in qua est talis actus. vt hoc ꝑticipium legens significatiōe formali ꝑcat actum legēdi. significatione materiali tantū substantiā legentē vel que facit ⁊ in qua est actus legendi.

Notādū quarto ⁊ vltimo ꝙ modus significādi ꝑticipij scđm autorē; modoꝝ ꝑcandi ē iste. Participiū est ꝑs orationis significās ꝑ modū fluxus ⁊ fieri indistātis a substātia In quo mō ꝑcādi totali ꝑticipij duplex repitur modus ꝑcandi ꝑticipij ꝑtialis vnus gn̄alis ⁊ materialis in quo cū v̄bo cōuenit. i. significare ꝑ modū fluxus et fieri. sicut em̄ verbuꝫ ꝑcat actū sub fluxu ⁊ fieri sic ⁊ ꝑticipiū quid aūt sit significare ꝑ modum fluxus et fieri dictū est sufficiēter in capitulo de diffinitiōe verbi. Et est etiā ibi dictū vnde et a qua ꝓprietate rei capit talis modus significādi. Alter aūt est modus significādi ꝑticipij formalis: quo sub esse ꝑtis formalit cōstituit: et ꝑ quē ab alijs ꝑtibus formaliter distinguit scꝫ significare ꝑ modū indistātis a substātia. in isto enim participiū distinguit a v̄bo quod etiā significat per modū fluxus ⁊ fieri sed distātis a suba Unde aūt sumit modus in distantis a substantia vel vniti substātie: dicit autor modoꝝ significādi ꝙ oritur ab eadē ꝓprietate a qua oritur modus adiacētis in noīe que est ꝓp̄etas inherens alteri scđm esse. Sequit correllarie ꝙ licet ꝑticipiū ꝑcat accidens ⁊ substantiam ꝯcretiue: ⁊ etiā nomen adiectiuū: nō tamē eodem modo: quia nomen adiectiuū ꝑcat substantiā et accidens ꝑ modū habitus et quietis ⁊ permanētie. sed participiū significat substantiā ⁊ accidens ꝑ modū fluxus ⁊ successiōis. actum quidē ꝑncipaliter ⁊ substantiā dat intelligere ex consequēti quomō relatiuū vt pater dat intelligere correlatiuum vt filium: non tamē significat eum.

Istis notabilib⁹ sic stātibus est ꝯclusio respōsalis. Diffinitio participij a donato posita est sufficient assignata patet veritas huius conclusionis ex notabilibus.

Ar primo. Participiū nō est ꝑs orōnis a noīe distincta. ergo Probat illud ꝙ trāsit in vim nois nō distinguit a noīe. sꝫ ꝑticipiū trāsit in vim nois. ergo Maior est nota: q꞉ illud quod trāsit in vim nois hoc fit nomē Minor est grāmaticoꝝ omniū q ostendūt q̄ttuor modos q̄bus ꝑticipiū transit in vim nois. Dico veꝝ argumentū ꝯcluderet si ꝑticipium trāsiret in vim nois formalit: sed hoc solum fit materialit: sic ꝙ repitur vna vox scđm speciē que repitur tam in nomie q̄ꝫ participio vt amans, licet nō sub eadem forma ⁊ modo significādi.

Ar̄ Scd̄o. Participiū non capit accidētia a nomīe et verbo. Probaꝫ quia sic sequereꝫ ꝙ accidens migraret de subiecto in subiectum modo hoc est impossibile vt ꝓbatur septimo methaphisice. Dico verū est ꝙ accidens non migrat de subiecto in subiectū scd̄m numeꝝ. sed bene scd̄m speciem et sic est in proposito.

Ar̄ Tercio. Participiū non recipit partem nois et verbi accidentalem. Probaꝫ. quia tunc sequereꝫ ꝙ nomen ⁊ verbū priuarentur accidētibus suis. Probatur. quia illud quod recipiꝫ ab aliquo non est in eo a quo recipiꝫ. vt cū aliquo recipitur tunica amplius non habet eam Dico ꝙ ista solutio dictum est in primo notabili.

Ar̄ Quarto. Participiū non capit significationē a verbo. Probatur nihil dat quod non habet. sed verbū non habet significationem. ergo Maior est aristotiles primo elencoꝝ. Minor. quia significatio nō enumeraꝫ inter accidētia verbi vt patet ex dictis in verbo circa accidētia verbi. Solutio huius patet in notabili scd̄o.

Ar̄ Quinto. Diffinitio participij non valet. Probaꝫ. nulla diffinitio debet esse interp̄tatio sed diffinitio ꝑticipij est interp̄tatio. ergo nō valet. Maior est nota. q2 diffinitio debet ostēdere rem vbi vt d2. vij metaph. interp̄tatio aūt solū ostēdit quid nois. Minor patet hec diffinitio ꝑticipij interp̄taꝫ qd intelligiꝫ ꝑ hoc vocabulū ꝑticipiū. diciꝫ em̄ participiū q̄si partē capiēs. Dico veꝝ argm̄. ꝯcludit ꝙ nulla diffinitio q̄ditatiua ⁊ essentialis d3 esse interp̄tatio. sed diffinitio descriptiua ⁊ accidētalis pōt esse interp̄tatiua: q̄lis est ista diffinitio ꝑticipij.

Ar̄ Sexto. Participiū non capit ꝑtem nois et verbi. Probatur. q2 sequereꝫ ꝙ armiger dapifer essent ꝑticipia. Probatur. q2 capiunt partē nomis et verbi: armiger em̄ cōponiꝫ a noie arma armoꝝ et gero Dico verū argumentū concludit ꝙ armiger ⁊ dapifer capiunt partem nois et verbi materialem: nō autem formalem.

Ar̄ Septimo. Participiū non significat per modū indistantis a substantia. Probaꝫ sic. participiū significat per modū distātis a substantia. ergo Probaꝫ omne accidēs et actus distāt ab alio cuius est accidēs. sed participiū ſcat actū et accidēs. igiꝫ participiū ſcat ꝑ modum distantis a substātia. Maior est nota. quia accidēs et substātia differūt p̄dicamentalr̄: modo p̄dicamenta sunt nature ⁊ q̄ditates distātes ⁊ diuerse. diciꝫ em̄ primo posterioꝝ. Essentie p̄dicamentoꝝ sunt impꝑmixte. Minor est nota: ⁊ patuit ex his que dicta sunt. Dico veꝝ argumentū cōcludit ꝙ accidēs ⁊ actus distat ab eo cuius est accidēs scd̄m essentiā et naturam: tamē non scd̄m esse. modo hic fit mentio ꝙ ꝑticipiū ſcat actū qui scd̄m esse non est distans a substantia sed ei coniūctus.

Participio quot accidunt: Sex Que: Genus Casus Tempus Significatio Numerus et Figura.

Genera ꝑticipioꝝ quot sunt: Quattuor. Que: masculinū vt hic lect⁹. Femininū vt hec lecta Neutrum vt hoc lectū. Omne vt hic ⁊ hec ⁊ hoc legēs Casus ꝑticipioꝝ quot sunt: Sex. Qui: Nominatiuus: vt hic ⁊ hec ⁊ hoc legens. Genitiu⁹: vt hui⁹ legentis. Datiuus: vt huic legenti. Accusatiu⁹: vt hunc ⁊ hanc legentē ⁊ hoc legens Vocatiuo: vt o legens. Ablatiuo: vt ab hoc ⁊ ab hac ⁊ ab hoc legente vel legenti. Tempora ꝑticipioꝝ quot sunt: Tria. Que: Presens vt legens. Preteritum. vt lectus. Futurū: vt lecturus vel legendus.

¶ Utrū littera donati de genere casu et tempe participij sit sufficient̄ assignata. Pro intellectiōe questiōis. moueo. Notandū est p̄mo ꝙ donatus. postq̄ꝫ determinauit de diffinitione ꝑticipij eius diffinitionē ostēdens. iam ꝯsequēter de ei⁹ accn̄tibus determinat vt eo melius ꝑticipij natura posset intelligi: diciꝫ em̄ p̄mo de aīa ꝙ accidētia magnā partē ꝯferūt ad cognoscendū ꝙ quid est. Et dicit ꝙ accn̄a ꝑticipij sunt sex. s. genus casus tempus significatio nūerus ⁊ figura: qd̄ intelligendū est ad seinuicē irreducibilia. q2 plura sunt accn̄a ꝑticipij q̄ꝫ ista sex: sed reducuntur ad ista. motio em̄ etiam est accn̄s ꝑticipij q2 ꝑticipia moueꝫ: tamē motio reduciꝫ ad genus. ꝑsona etiam accidit ꝑticipio sed reduciꝫ ad numeꝝ quia nūerus ⁊ ꝑsona sunt accn̄a ꝯiugata et simul ligata vt est supius tactum: declinatio etiā est accn̄s ꝑticipij sed reduciꝫ ad casum: similr̄ forma casualis. Species aūt reduciꝫ ad figurā oīa em̄ ꝑticipia sunt deriuatiue speciei: q2 deriuanꝫ ⁊ ostendūt a verbis. Rō aūt huius quare donat⁹ nō posuit ꝑsonā ⁊ speciem exp̄sse: quia donatus posuit illa accn̄a que ꝯueniūt ꝑticipio scd̄m omnē ei⁹ differentiā et speciē sic aūt nō est de persona ⁊ specie: nullū em̄ est ꝑticipiū p̄me persone: nec aliqd̄ est participiū p̄mitiue speciei: ex quo oīa deriuaꝫ et descendūt a verbo. Sequiꝫ correllarie ꝙ cōꝑatio non pōt esse accn̄s ꝑticipij. Patet. q2 participiū ſcat per modū fluxus ⁊ fieri ⁊ successionis successioni aūt nō cōuenit intēsio nec remissio. Successio em̄ est de gñe

quātitatis:ꝗ̄titas aūt nō suscipit magis ⁊ minus. Etiā alia ratio:q: cō-
paratiuus dꝫ regere ablt̄m:vt dictū est in caplͦ de noīe.mō ꝑticipium
dꝫ regere illū casum quē regit suū ṽbum:ꝯstat aūt ꝙ nō oīa verba re
gūt ablt̄m Sequit̄ correllarie scđo ꝙ quādo vox ꝑticipialis cōꝑatur vt
amans amātior: amātissimus:nō est ꝑticipiū:sed trāsit in vim noīs.ve-
ritas huius correllarij patet ꝑ alexandrū in scđa ꝑte ponentis quatuor
modos quibus participiū transit in vim nominis.

Notandū scđo ꝙ genus participij diffi-

nitur sic. Est ꝓprietas ꝑticipij attributa ꝑticipio ea rōne qua sibi ex ꝓ-
prietate sue significatiōis vel ex vsu grāmaticoꝝ congrue est ꝓponibile
vnū articulare ꝓnomē vel plura:vnū vt hic lectus:plura vt hic ⁊ hec et
hoc legens Notandū est etiā scđm priscia. vndecimo minoris ꝙ oīe ꝑ
ticipiū est gn̄is oīs sub vna terminatiōe aut sub pluribus: sub vna vt
amans legēs.sub pluribus vt lectus lecta lectū. Cuius ratio est ista:quia
ṽba a qbus participia nascūtur ⁊ deriuant̄ oīi generi associāt̄:cogrue
eñ dicimus vir legit:mulier legit:mancipiū legit ⁊ per ꝯsequens etiaꝫ
participia a talibus verbis deriuata etiam oīs generis dicunt̄. Seq-
tur correllarie primo ꝙ grāmatici dicētes ꝙ futurus generās sunt ge-
neris masculini tantū.similiter pregnās pariēs sunt generis femini. tm̄
loquūtur valde ꝓprie de gn̄e participioꝝ.significatiōe accipiendo stri-
cte participioꝝ.generās eñ ꝓprie cōuenit masculis tm̄. Unde ⁊ dicitur
scđo phisicoꝝ. Homo generat hominē et sol: vbi per hominē intelligit̄
pater generās. Similit̄ pregnans ꝓprie cōuenit femellis ⁊ pariēs. Im
prope tamen ⁊ false possunt talia ꝑticipia attribui cuilibꝫ generi:⁊ per
cōsequens generis oīs dicūtur:possunt eñ cōgrue loqui:iohānes est
pregnās:iohānes est pariens. Patet quia he orōnes ⁊ ꝓpositiōes sunt
false.ergo cōgrue. Tenet ꝯn̄a.quia veꝝ et falsum presupponūt cōgruū
ꝑmo ꝑihermenias. Grāmatici aūt dicentes talia ꝑticipia esse vnius cer
ti generis:loquūtur ex vsu et non arte. arti eñ nō repugnat talia ꝑtici-
pia cōstrui sub gn̄e oīi. Postea donatus determinat de casu participio
rum dicēs ꝙ casus ꝑticipioꝝ sunt sex sicut ⁊ nominū. Un̄ et casus in ꝑti-
cipio eodem mō diffiniri poterit sicut ⁊ in nomīe. vt sic. Casus est ꝓprie
tas participij attributa ꝑticipio ea ratiōe qua significat significatū suū
recte vel oblique. Sequit̄ correllarie ꝙ ꝓpriū est participioꝝ: vt dicit
iohānes ianuensis nō deficere in casibus. Patet:q: participia sunt adie
ctiua:modo adiectiua non habent deficere in casu. Patet. q: adiectiuū
debet determinare substantiuū in quolibet casu:per ꝯsequens adiecti-
ua non debent deficere in aliquo casu.

Notandū tertio ꝙ tēpus participij diffi

nitur sic:est ꝓpetas ꝑticipij attributa ei ea rōne qua significat significa
tum suū sub aliqua differētia tꝑis:que differētie tempoꝝ sunt tres. s. ꝑ-

sens vt legens. preteritū vt lectus. futurū vt legendus. Sequit̄ correl-
larie ꝑmo ꝙ participiū cū perdit tēpus amplius non est participiū sed
transit in vim noīs vt hic natus meus pulcher est:in qua oratione natꝰ
nō ṡcat cum tꝑe sed est nomē. Sed cū dico:christus natus est in bethle-
em iude:hic natus est participiū ⁊ significat cū temꝑe p̄terito. Sequit̄
correllarie scđo. ꝙ tēpus in participio cognoscit̄ dupliciter. Uno mō a
priori:⁊ hoc est ex significatiōe ⁊ sic illud participiū quod significat sub
differentia p̄sentis temporis est p̄sentis tempis vt legens. illud qđ sig
nificat sub differentia p̄teriti tempis est p̄teriti tempis vt lectus. illud
vero qđ significat sub differentia futuri tempis est futuri tempis . vt le
gendus. Sequit̄ correllarie tercio ꝙ tempus recte ⁊ congrue dicit̄ ac-
cidere participio Ratio. q: participiū significat actū. modo oīs actus
et actio mensurant̄ tempore vt dicit̄ quarto phisicoꝝ. Scđo tēpus cog
noscitur in verbo a posteriori hoc est ex terminatiōe: et sic illa q̄ termi-
nātur in ans vel in ens sunt p̄sentis tempis vt amans legens:illa q̄ ter
minant̄ in tus sus vel xus p̄teriti tempis:sed illa que terminant̄ in dus
sunt futuri tempis. Sunt aūt tria tempa participij ad seinuicē irredu-
cibilia:quia p̄teritū potest subdiuidi in participio sicut in verbo:in p̄te
ritum ꝑfectū cōplete:in p̄teritū imꝑfectum ⁊ p̄teritū plusq̄ꝑfectū sed
hoc nō est cōiter vsitatū. Sufficientia aūt istoꝝ tempoꝝ triū capitur sic
Oīe tēpus aut est p̄sens aut distans a p̄n̄ti. Si est p̄sens tūc est ꝑmuꝫ
mēbrū. Si aūt distat a p̄senti hoc est duplr̄. Aut distat a p̄senti per priꝰ
sic est preteritū. Aut per posterius sic est futurū.

Notandū quarto et vltimo ꝙ licet ṽbū

etiam ṡcat cum tꝑe et etiā participiū:nō tñ eodē modo. q: verbū signi-
ficat cum tꝑe illimitabilit̄ sed participiū significat cū tempore limitabi
liter. Unde significare cū temꝑe limitabiliter est significare cū certa vl̄
certis differētijs tempoꝝ:ita ꝙ per dictionē importantē tēpus potest
trahi ad aliā differentiā tempis accñtaliter vt homo fuit legēs : in qua
hoc participiū legens est p̄sentis tempis essentialiter trahit̄ tamen ad
preteritū tempus rōne huius verbi fuit accidētaliter. Unde notandū
participiū limitaria temꝑe intelligitur dupliciter. Uno modo simplici-
ter ⁊ absolute:sic ꝙ participiū p̄sentis tempis fieret p̄teriti aut futuri
tempis:⁊ hoc nō est possibile. Ratio ꝑma. quia sicut est in natura sic pa
riformiter est in arte. Dicit̄ eñ scđo phisicoꝝ. Ars imitatur naturā:sed
in natura p̄sens :vt sic nō est p̄teritū nec futurū:q: sunt partes tempis
realiter distincte:sic etiaꝫ in arte verbū p̄sentis tempis non pōt fieri p̄-
teriti vel futuri tꝑis. Scđa ratio:quia sic periret scia ampliationū :qua
destructa multaꝝ ꝓpōum cōit̄ cōcessarū veritas periret. Sed ꝙ seque
ret̄ hoc scꝫ ꝙ cōcesso isto ꝙ ꝑticipiū limitaret̄ simplr̄ a temꝑe scia am-
pliationū periret : q: sequeret̄ ꝙ verba p̄teriti vel futuri tꝑis:vel eoꝝ
participia posita a ꝑte p̄dicati non haberent ampliare subiectum:vt in

ista hō est mortu⁹:vel hō est generādus. Illō em̄ qō d₃ ampliare d₃ includere diuersas differētias tempoꝝ. si ergo in p̄dictis orationib⁹ pticipia limiterent a p̄terito ad p̄sens:vel a futuro ad p̄sens:nulla eēt ampliatio:q₂ pticipia p̄sentis tpis non hn̄t ampliare:ex quo nō includunt diuersa tpa vel diuersas differētias tempoꝝ. Nō est ergo simpl'r verū et absolute intelligendū q̄ pticipiū posset limitari a tpe. Scd̄o ergo intelligit q̄ participiū limitat a tpe ad bonū intellectū: vt sic. Participium vel vox pticipialis p dictionē importante₃ tempus trahit accn̄talit ad illud tempus: ⁊ ad supponendū ad aliud tēpus qō aliqn̄ fuit p̄sens: vt hic adam fuit legēs:hoc verbū legens limitat et trahit accidentalit per hoc verbū fuit p̄teriti tpis ad tempus p̄teritu₃ :non sic q̄ hoc pticipium legēs in dicta orōne esset p̄teriti tpis: sed sic q̄ designat q̄ actus legendi fuit pn̄s ade lic₃ nūc est p̄teriti ⁊ sic legēs supponit ꝓ tpe nunc p̄terito q aliqn̄ fuit p̄sens ade. Simile hui⁹ q₂ cū dico : iste hō currit:hō essentialit ſcat oīes hoīes:quia termin⁹ vbicūq₃ ponitur eque multa significat tamē in dicta oratione restringit ad significandū et supponendum ꝓ vno hoīe tm̄:et ergo p̄dicta ꝓpositio est singularis: ⁊ iste homo est terminus singularis : sic eodē modo est in ꝓposito. Significare aūt cum tpe illimitabilit est significare cū certa vel certis differētijs tēpoꝝ sic q̄ p nullā dictionē importantē tpus pōt trahi ad aliā differētiā tpis priori differētia tpis remanēte vt curro est p̄sentis tpis et nō pōt trahi ad aliud tēpus:hec em̄ est inepta fui curro:ero curro.

Istis notabilibus sic stātibus est ꝯclusio responsalis.

Littera donati de genere casu ⁊ tpe participij est bn̄ assignata. Patet ex his que dicta sunt in notabilibus.

Ar̄ Primo. Plura sunt genera in participio q̄₃ q̄ttuor. Probatur. q₂ i participio etiā repitur genus epichenū vt hic:volans passer mouetur:in qua oratiōe volās est gener₃ epicheni. Probatur. passer est generis epicheni:ergo etiā volans. Tenet ꝯsequentia. q₂ adiectiuū ⁊ substantiuū debēt ꝯuenire in gn̄e. Similit genus dubiū repitur in participio Probat in ista orōne. finis cōsumens. in qua orōne finis est gener₃ dubij. ergo etiam cōsumens. Tenet ꝯn̄a. q₂ adiectiuū ⁊ substantiuū debent cōuenire in genere. Dico q̄ non oportet q̄ semp adiectiuū ⁊ substantiuū cōueniant in genere sed sufficit q̄ genus vnius includat in genere alterius ⁊ sic est hic. genus em̄ epichenū includit genus masculinū vel femininū vt etiam dictū est in capitulo de nomine.

Ar̄ Scd̄o. Aliqō est pticipiū qō nullius est gn̄is. Probat de illis pticipijs generās pariēs. Nō oīs. Probat. q₂ generās. est masculini gn̄is tm̄. sil'r pariēs est gn̄is femi. tm̄ vt dicit hebrardus. Nō etiā sūt gn̄is masculini nec femi. Probat participiū desinēs in ans vl' in ens est generis oīs. sed generās pariens desinūt in ans vel in ens ergo sunt generis oīs. Maior est omniū grāmaticoꝝ. Minor est nota. Dico verum argm̄. cōcludit q̄ generans quo ad significationē est generis masculini tm̄:et pariens est generis fe. tm̄ quo ad significationē sed nō quo ad vocē. mō genus plus attendit ratione vocis q̄₃ significatiōis.

Ar̄ Tercio. Casus nō est accidēs participij. ergo Probat. casus est accidens illius ptis que significat substantiā. sed participiū nō ſcat substantiā. Sed dicit dispositio substantie vt dicit autor modoꝝ significandi. Minor. q₂ participiū significat actū qui est accidēs. Dico veꝝ argumentū cōcludit q̄ participiū significat actū formaliter nō quidē absolute. sed actū vnitū substantie. ⁊ sic participiū etiā dat intelligere substantiā:vt dictū est in notabilibus p̄cedētis questionis.

Ar̄ Quarto. Tempus nō est accidens participij. ergo. Probat. oīe accidens debet abesse suo subiecto. sed tempus nō abest participio. ergo. Maior est porphirij in diffinitiōe accidētis. Minor quia quādo participio abest tempus transit in vim nomīs ⁊ amplius nō est participiū. Dico verū argumentū cōcludit q̄ tempus non abest participio scd̄m esse ⁊ rem tamē sufficit q̄ scd̄m modū intelligendi. possum em̄ intelligere participiū absolute quo ad eius modū significandi essentialē non intellecto eius tpe. quēadmodū possum intelligere ethiopem nō intellecta eius nigredine:prius em̄ potest intelligi sine posteriori. Et secundo phisicoꝝ dicit. Abstrahentiū nō est mendacium.

Ar̄ Quinto. Plura sunt tpa participioꝝ q̄₃ tria. Probat. tēpus ꝯuenit participio rōne verbi sed in verbo sunt quinq₃ tpa. p̄teritum em̄ diuidit in preteritū imp̄fectū. p̄teritū p̄fectū: ⁊ in p̄teritū plusq̄₃p̄fectum. ergo Maior est nota. quia participiū recipit a verbo tpa et significatiōes:vt dictū est. Minor est nota ex p̄cedentibus. Dico veꝝ argm̄ concludit q̄ in pticipio repiunt plura tempa sed ista reducūtur ad alia: vt p̄teritū imp̄fectū et plusq̄₃p̄fectum reducūtur ad preteritū et sic sub vna terminatiōe participiū includit oīa ista.

Ar̄ Sexto. Participiū non significat cū tempore. Probat. illud qō limitatur a tempe non significat cū tempore. sed participiū limitatur a tēpore. ergo Maior est nota. quia limitari a tempe est perdere tēpus ⁊ non significare cū tempore. Minor pat₃ ex quarto notabili ⁊ tercio in quibus dictū est q̄ participiū significat cū tempore limitabiliter Dico verū argumentū ꝯcluderet si participiū simpliciter limitaretur a tempe sic q̄ perderet tēpus. sed limitatur a tempe. i. trahitur ad aliud tēpus accidētaliter:ad illum intellectū qui est exp̄ssus in notabili quarto. vt hic ioānes fuit legens :ioānes erit legens.

Significatiōes participioꝝ in quo sunt: Quia ab actiuo verbo duo pticipia veniūt :presens ⁊ futurum vt lectus legendus. A neutro quot: Duo si-

cuit ab actiuo: presens et futurũ vt stãs statur⁹. A deponẽti quot: Tria: Que: presens preteritũ et futurũ vt loquẽs locutus locutur⁹. A cõmuni quot Quattuor. Que: p̄sens preteritũ et duo futura vt criminans criminat⁹ criminaturus vel criminãdus Numeri participiorum quot sunt: Duo. Qui: Singularis vt hic legens. Pluralis vt hi legentes. Figure participiorum quot sunt: Due. Que. Simplex vt legens. Decõposita vt negligens.

Legens participium veniens a verbo actiuo temporis presentis: generis om̄is: numeri singularis: figure simplicis: casus nominatiui et accusatiui et vocatiui qđ declinabit sic. Nominatiuo hic et hec et hoc legens. Genitiuo huius legẽtis. Datiuo huic legenti. Accusatiuo hũc et hanc legentem et hoc legens. Vocatiuo o legens. Ablatiuo ab hoc et ab hac et ab hoc legente vel legenti. Et plura liter. Nominatiuo hi et he legentes et hec legentia. Genitiuo horum et harum et horũ legẽtum vel legentium Datiuo his legentib⁹. Accusatiuo hos et has legentes et hec legentia. Vocatiuo o legentes et o legentia Ablatiuo ab his legentibus.

Lecturus participium veniẽs a verbo actiuo temporis futuri. nũeri singularis: figure simplicis: casus nominatiui qđ declinabit sic. Nominatiuo hic lecturus hec lectura hoc lecturũ. Gtõ huius lecturi lecture lecturi. Dtõ huic lecturo lecture lecturo. Accusatiuo hunc lecturum hanc lecturã hoc lecturum. Vtõ o lecture lectura lecturũ Ablatiuo ab hoc lecturo ab hac lectura ab hoc lecturo. Et plr. Ntõ hi lecturi he lecture hec lectura Gtõ horum lecturorum harum lecturarũ horum lecturorum. Dtõ his lecturis. Actõ hos lecturos has lecturas hec lectura. Vtõ o lecturi lecture lectura. Ablatiuo ab his lecturis.

Lectus participium veniẽs a verbo passiuo temporis preteriti: nũeri singularis. figure simplicis: casus nominatiui quod declinabitur sic. Nominatiuo hic lectus hec lecta hoc lectũ. Gtõ hui⁹ lecti lecte lecti. Dtõ huic lecto lecte lecto. Actõ hunc lectũ hanc lectã hoc lectũ. Vtõ o lecte lecta lectum. Ablatiuo ab hoc lecto lecta lecto. Et plr. Ntõ hi lecti he lecte hec lecta. Genitiuo horum lectorum harum lectarum horũ lectorũ. Dtõ his lectis. Actõ hos lectos has lectas hec lecta. Vocatiuo o lecti lecte lecta. Ablatiuo ab his lectis.

Legendus participiũ veniens a verbo passiuo: temporis futuri: numeri singularis: figure simplicis: casus nominatiui qđ declinabitur sic. Nominatiuo hic legendus hec legenda hoc legendũ. Genitiuo huius legẽdi legende legẽdi. Dtõ huic legendo legende legendo. Actõ hunc legendũ hanc legendam hoc legendũ. Vocatiuo o legende le-

genda legendum. Ablatiuo ab hoc legēdo ab hac legenda ab hoc legendo. Et pluraliter Nominatiuo hi legendi he legende hec legenda. Gtō horū legendorum harū legendarū horū legendorū. Datiuo his legendis. Accusatiuo hos legendos has legendas hec legenda. Uocatiuo o legendi legende legenda. Ablatiuo ab his legendis.

¶ Utrū littera donati de significatione numero ꝛ figura: exemplari declinatiōe participiorꝫ sit bene assignata. Pro intellectiōe questiōis mote. Notandū est pmo ꝙ significatio pticipij diffinit sic cōiter. Est ꝓprietas participij attributa participio ea ratione qua est actiōis tantū vel passionis tm̄ vel neutrius vel vtriusqꝫ simul significatiuū. In qua diffinitiōe tangunt quinqꝫ significatiōes pticipiorꝫ. Actiualis tangit cum dr̄ actionis tm̄. et ibi etiā tangit deponētalis ꝛ hoc in illis pticipijs que deriuant a verbis deponētalibus q̄ actionem tm̄ significāt. Passiualis tangit cum dr̄ passionis tm̄: simil'r ibi tangitur deponētalis et hoc in illis participijs q̄ deriuant a verbis deponentalibus q̄ passionē tm̄ significāt vt postea dicetur. Neutralis tangitur cū dicit neutrius. Cōis tangitur cū dr̄ vtriusqꝫ simul. Alij aūt breuius ita diffiniūt. Significatio pticipij est ꝓprietas participij attributa participio ea ratiōe qua est originatū vel deriuatū a verbo alicuius generis. Significatio actiualis est ꝓprietas participij attributa participio ea rōne qua ipm̄ est deriuatū a verbo actiui generis vt amās. Significatio neutralis est ꝓprietas participij attributa pticipio ea ratiōe qua ipm̄ est deriuatū a verbo neutrius gn̄is. vt currens. Significatio passiualis est ꝓpetas participij attributa ei ea rōe vt ipm̄ est deriuatū a verbo passiui generis: vt amatus. Significatio deponētalis est ꝓpetas participij attributa ꝛ cōueniens ei ea rōne qua ipsum est deriuatū a verbo deponētis generis vt loquēs nascens. Significatio cōis est ꝓprietas pticipij attributa participio ea rōne qua ipsum est deriuatuꝫ a verbo cōis generis vt criminās. Sequit correllarie pmo ꝙ significatō participij cognoscit ex genere verbi: sic ꝙ pticipiū est illius significationis cui⁹ generis est verbū quod ab eo descēdit. veritas hui⁹ correllarij dicet inferius latius. Sequit correllarie scdo ꝙ sicut quinqꝫ sunt genera in verbo sic quinqꝫ significatiōes in participio. Ratio quia significatio participij cognoscit ex genere verbi. Unde dicit alexander in secunda pte. In verbi genere que sit signatio quere.

Notandū scdo ꝙ a verbis actiui generis duo veniunt pticipia pn̄s in ans vel in ens. ꝛ futurū in rus: vt ab amo veni ꝛ amans ꝛ amatur⁹. Pro quo intelligēdo sciendū ꝙ fm̄ intentionē prisciani pticipia p̄sentis tpis in ans vel in ens terminata formant a pma persona p̄teriti impfecti tpis indicatiui modi mutādo bam vel bar terminationē in ns vt amabam amans. loquar loquēs Ratio aūt istius quare potius formant a pma persona q̄ꝫ scda vl' tercia. qꝛ prima psona est dignior alijs. modo a digniori dꝫ fieri denomiatio. vt declarat arist. octauo phisi. Sed ꝙ pma persona sit ceteris dignior. qꝛ pma psona concipit scdam ꝛ terciā et non ecōuerso. modo om̄e agens est p̄stanti⁹ passo. iij. de anīa. Scdm aūt alios grāmaticos pticipia p̄sentis tēpis aliter formant. in vbis em̄ pme ꝛ scde cōiugationis formant a scda psona presentis tpis indicatiui modi interponēdo n inter s et pluram litterā: vt amans interponēdo n inter s et a erit amans. sic doces interponēdo n erit docens. Sed in verbis tercie ꝛ quarte cōiugationis formant a prima psona p̄sentis tempis indicatiui modi mutādo o in ens: vt lego legens. audio audiens. Ab ista regula excipiuut ista duo. eo ꝛ queo. q̄ nō sic formant. qꝛ eo habet iens et queo quiēs. Sed participiū futuri tpis in rus terminatū. format ab vltimo supino breuiādo u. et addēdo rus. vt amatu. breuia u et adde rus erit amaturus. A verbo neutrali: vt dicit in textu. veniūt etiā duo participia p̄sens in ans vl' in ens ꝛ futurum in rus. vt a sto venit stans et staturus. A verbo aūt passiuo veniūt duo preteritū in tus sus vel xus terminatū et futurū in dus. vt ab amor venit amatus ꝛ amandus p̄teritū in tus terminatū vt amatus format ab vltimo supino amatu addendo s erit amatus. Sed pticipia futuri tpis ī dus termiata formāt a gtō singulari mutādo tis in dus: vt amās amātis muta tis in dus erit amād⁹ A vbis aūt deponētis gn̄is veniūt tria participia. p̄sens in ans vel in ens. p̄teritū in tus ꝛ futurū in rus. vt a loquor venit loquēs locutus ꝛ locuturus. In dus aūt participiū a verbo deponēti nō descēdit. Uñ sequit correllarie ꝙ loquēdus baccalariād⁹ magistrādus noīa sunt ꝛ nō participia. vñ dicit petr⁹ helye. Rursus de neutris vel deponētalibus in dus Noīa ꝓcedunt que pticipiantia non sunt. Sed a verbis cōis gn̄is veniūt quattuor pticipia. p̄sens in ans vl' in ens. p̄teritū in tus ꝛ duo futura. vnū in rus. ꝛ aliō in dus. vt a criminor venit criminās criminatus criminaturus ꝛ criminādus. Sequitur correllarie ꝙ iste regule date de formatiōe pticipiorū intelligūtur: dūmodo pticipia non deriuātur in vbis defectiuis et carētibus supinis: ꝛ ergo si pticipiū careret supino nō format futurū in rus: vt patet de isto vbo studeo quod caret supinis: ergo etiā caret futuro participij in rus Ratio hui⁹ correllarij: qꝛ deficiēte causa deficit et effectus: mō supinū ē causa pticipij futuri tpis Si ergo deficit supinū necessario deficit ꝛ pticipiū futuri tpis. Sequit correllarie scdo: ꝙ om̄ia verba ſcantia splen-

doꝛem carẽt ꝑticipijs futuri tpis. Ratio qꝛ carent supinis ergo etiã ꝑticipio futuri tpis. Qꝫ aũt oĩa verba significãtia splendoꝛẽ carẽt supis excepto vno patet in istis metris. Oĩa splendoꝛẽ dicas caruere supinis. Excipias vnũ quod dat tibi fulgeo fulsum

Notandũ tercio ꝙ ex littera donati habetur ꝙ ꝑticipiũ est illius ſcatiõis cuius gñis est vbũ a quo descendit Et hoc nõ est vniuersal'r verũ: sed intelligit dũmõ ꝑticipiũ est ita latũ in significãdo sicut verbũ a quo descẽdit: qꝛ si participiũ nõ est ita latũ in significãdo sicut verbũ a quo descendit: non opoꝛꝫ ꝙ participiũ sit illius significatiõis cuiꝰ generis est suũ verbũ. patꝫ criminoꝛ est generꝫ cõis: dixit eñ donatus ante ꝙ verba cõia scđꝫ se sumpta cadũt in duas foꝛmas. i. duplicẽ significationẽ: qꝛ significant actiue et passiue simul. tñ hoc participiũ criminãs deriuatũ ab eo nõ est significatiõis cõis sed solum actiualis: sed criminaturus licꝫ venit a vbo criminoꝛ quod est cõis generis: tñ solũ est significatiõis actiualis: sic criminatus nõ est ſcatiõis cõis: sed passiualis tñ. sed hoc participiũ criminãdus est ſcatiõis cõis. versus. Uerbũ cõe ꝗuis agat ꝛ patiaẜ. Sola per ans ens rus actio significatur. Tus solũ patitur per dus vtrũqꝫ significaẜ. Sequiẜ coꝛrellarie ꝙ licet hoc verbũ criminoꝛ regit actm̃ et ablm̃ indifferẽter. ex quo significat actiue ꝛ passiue. tñ criminãs solũ regit actm̃: qꝛ significat actiue tñ. simil'r criminatus regit ablm̃ tñ: quia significat passiue tantum sed criminãdus indifferẽter regit actm̃ vel ablm̃: quia retinet significationem verbi ꝛ significat tam actionẽ qꝫ passionem.

Notandũ quarto ꝛ vltimo ꝙ nũerus in participio eodẽ mõ diffiniẜ sic in noĩe solum variando genus: vt vbi in noĩe diciẜ numerus est ꝓꝓꝛietas nomĩs: sic hic diciẜ numerus est ꝓꝑetas participij. Est tamen differentia inter numeꝝ nomĩs ꝛ participij qꝛ nomĩa deficiunt in numero: aliqua in singulari vt diuitie nuptie. aliqua in plurali vt noĩa ꝓꝓꝛia. sed participia non deficiunt in numero. Patet qꝛ participia sunt adiectiua: mõ adiectiua nõ debent deficere in nũero ex quo debent terminare substãtiua in quolibet nũero: Sic eodem mõ dicendũ est de figura participij sicut nomĩs: nisi vbi in noĩe diciẜ figura est ꝓꝑetas noĩs. in participio est dicendũ figura est ꝓꝑetas participij. Sequiẜ coꝛrellarie ꝙ nullũ participiũ est cõposite figure: sed simplicis aut decõposite: si eñ participiũ venit a verbo simplicis figure ipsũ est simplicis figure vt legens. si venit a verbo composite figure tũc participium est decõposite figure vt negligẽs quod venit a verbo negligo cõposite figure. vsus. Participans omne dic simplicis esse figure. Aut decõposite dicere nõ dubites. Sequiẜ coꝛrellarie ꝙ si aliqua vox ꝑticipialis cõponiẜ cũ ꝑpositiõe cũ qua suũ verbũ cõponi nõ põt. tũc talis vox non est ꝑticipiũ sed nomẽ vt indoctus. ¶ Postea donatus in fine osten-

dit exemplarẽ declinationẽ ꝑticipioꝝ. Pꝛo qua intelligẽda ꝙ donatus solũ declinat ꝑticipiũ actiẽ ꝛ pas. ſcatiõis ꝛ aliaꝝ ſcationũ nõ. Rõ quia iste due significatiões sunt ꝑncipales: modo de ꝑncipalioꝛibꝰ debꝫ esse sermo ꝛ locutio. Alia causa. qꝛ ꝑticipioꝝ aliaꝝ significationũ declinationem reliquit foꝛe notam ex declinatione ꝑticipioꝝ actiue et passiue significatiõis: sicut eñ declinaẜ amans sic currens. Tercia ratio ꝓpter breuitatem. ponere eñ declinationem participioꝝ cuiuslibet significationis fuisset res longa ꝛ tediosa.

Istis notabilibus sic stantibus est ꝯclusio rñalis. Littera donati de ſcatiõe nũero ꝛ figura. et exemplari declinatiõe ꝑticipioꝝ est sufficientẽ assignata. ptꝫ ꝯclusio ex notabilibꝰ iã declaratis.

Arḡ Primo Tñ due sunt significatiões ꝑticipioꝝ. ergo nõ quin(ꝗ ratio. Probaẜ. qꝛ oĩs significatio ꝑticipij aut est essentialis aut accidentalis: essentialis vt significare ꝑ modũ fluxus ꝛ fieri: accidentalis vt significare singulariter vel pluralit̃. Dico veꝝ argm̃. cõcludit ꝙ significatiões ꝑticipioꝝ in gñe sunt tñ due: licet in specie sunt plures qꝫ due quia significatio accñtalis subdiuidiẜ in quinqꝫ membꝛa.

Arḡ Scđo. Aliquod est participiũ quod nullius est significatiõis. ergo. Probaẜ criminãs est ꝑticipiũ ꝛ nullius est significatiõis. non actiualis. Probaẜ. ꝑticipiũ debet esse illius significatiõis cuius generꝫ est verbũ. sed criminoꝛ est generis cõis ergo criminãs debet esse significationis cõis.. Maioꝛ est nota. qꝛ significatio participij oꝛitur a genere vbi. Minoꝛ est nota simil'r ex dictis in genere verbi. Dico ꝙ argumentũ solutum est per dicta in notabili tercio.

Arḡ Tercio. Tñ tres sunt significatiões ꝑticipioꝝ. Probaẜ. oĩe vbũ aut significat actiẽ aut passiue aut neutralit̃. ergo tñ tres sũt significatiões participioꝝ. Añs patet quia oĩe verbũ significat actionem tantũ: aut passionem tñ aut neutꝝ: vt patet in diffinitione verbi: ergo etiam oĩe participiũ aut significat actiue tantũ: aut passiue tantũ: aut neutrũ. Dico verum argumentũ cõcluderet si significatio in participio solũ attẽderetur ex parte significatiõis ꝑticipij: sed etiã attendiẜ ex ꝑte generis in ipso verbo: mõ genera verboꝝ sunt quinqꝫ.

Arḡ Quarto. Aliqđ est ꝑticipiũ quod nullius est significatiõis. ꝗ Probatur. ſcatio attendiẜ ex gñe. sed hoc verbuꝫ sum a quo deriuaẜ ens nulliꝰ est gñis. ꝗ ens eius ꝑticipiũ est nulliꝰ significatiõis. Maioꝛ ẽ nota. Minoꝛ. qꝛ hoc vbũ sum nec terminaẜ in o nec in oꝛ. ergo sum nullius est gñis. Tenet ꝯña. qꝛ genus vbi sumiẜ ex terminatione in o vel in oꝛ vt dictũ est circa genus vbi. Dico veꝝ argm̃. concludit ꝙ licet hoc verbum sum nullius est gñis quo ad vocẽ. tamẽ quo ad significationẽ ẽ generis neutrius: et ergo etiã ens est neutralis significationis.

Arḡ Quinto Significatio non est accidens ꝑticipij. Probatur. Idem nõ est in diuersis: sed significatio reperiẜ in qlibet ꝑte. ergo Ma-

lor est aristo. iiij. phisicorum. Minor quia in qualibet parte reperitur significatio et modus significandi vt dicit autor modorum significandi. Dico verum argumentum concludit quod capiendo significationem vt est representatio rei per vocem ad placitum sic reperitur in qualiber parte: sed ita non capitur hic sed capitur hic significatio pro quodam modo significandi participij accidentali qui conuenit participio ratione generis verbi.

Ar Sexto. Figura composita etiam reperitur in principio ergo plures sunt figure in principio quam due. Probatur antecedens quia figura decomposita reperitur in principio. ergo etiam composita. Tenet consequentia ab inferiori ad superius. omne enim quod est figure decomposite est composite figure et non econuerso illud quod est composite figure est decomposite figure. Dico verum argumentum concludit quod est figure decomposite capiendo figuram compositam communiter. sed taliter non potest capi in proposito: quia hic potius capiuntur desparate.

Ar Septimo. Aliquod est participium quod nullius est figure. Probatur. potens est participium et nullius figure. quod non sit simplicis figure Probatur. quia venit a verbo composite figure. s. possum: possum enim componitur a potis et sum. ergo potens est figure decomposite. Tenet consequentia. quia illud participium dicitur figure decomposite quod deriuatur a verbo composite figure. Quod autem possum non sit decomposite figure. Patet autoritate donati qui dicit in capitulo de nomine quod potens est figure simplicis Dico verum argumentum concludit quod potens inquantum nomen est simplicis figure: sed inquantum participium est figure decomposite: vt dictum est in capitulo de figura nominis.

Ar Ultimo. Processus donati est insufficiens. Probatur. quia non declinat participia aliarum significationum vt neutralis deponentalis et communis. Dico quod hoc fecit ex certis causis que patent in notabili vltimo.



Coniunctio quid est pars orationis annectens ordinansque sententiam.

¶ Utrum diffinitio coniunctionis

a donato in textu sit sufficienter assignata in qua dicitur. Coniunctio est pars orationis annectens ordinansque sententiam. Pro intellectione questionis mote Notandum primo quod diffinitum presentis diffinitionis est coniunctio in suppositione personali pro suis signatis: scilicet pro omnibus coniunctionibus vt sunt iste et vel si et similes. Pro genere autem in diffinitione ponitur pars orationis indeclinabilis. et per hoc secundum aliquos excluditur verbum substantiuum et hoc relatiuum qui quod etiam coniungit: quia facit propositionem ypoteticam: dicit enim hugo quod hoc relatiuum qui que quod positum inter duo verba et referens subiectum totalem facit propositionem ypoteticam et resoluitur in et et in ille: vt sortes currit qui mouetur resoluitur in istam: sortes currit et ille mouetur. Alijs tamen videtur esse aliter dicendum vt patebit in sequentibus. Dicitur secundo in diffinitione coniunctio est pars orationis annectens: quod valet tantum sicut per vim coniungens scilicet absolute. sic quod vltra actum coniungendi nihil aliud designat et importat. Pro quo intelligendo: coniunctio coniungit dupliciter. Primo coniungit per vim: quando scilicet coniungit ea que non denotantur habere aliquam dependentiam et sequelam adinuicem. vt homo et asinus currit. homo enim et asinus sunt desparata: desparata autem non videntur nec habent dependentiam et sequelam adinuicem. Et taliter coniungunt coniunctiones copulatiue et disiunctiue. Dictum est notanter in diffinitione: annectens. i. per vim coniungens absolute: sic quod vltra actum coniungendi nihil aliud importat. per hoc secundum aliquos excluditur verbum substantiuum quod coniungit subiectum cum predicato. dicitur enim primo perihermenias: hoc verbum substantiuum importat actum complexiuum quem sine extremis non est intelligere: non tamen sequitur quod ergo hoc verbum substantiuum sit coniunctio: quia vltra talem actum coniungendi aliquod aliud designat et importat: vt tempus vel actum essendi absolute. Similiter per hoc excluditur hoc relatiuum qui que quod: quod licet etiam coniungit vt dictum est: non tamen est coniunctio: quia vltra actum coniungendi aliquod aliud importat: quia actum referendi. et sic non coniungit absolute. Et per hoc soluuntur duo argumenta prima.

Notandum secundo dicitur tercio in diffinitione:

ordinansque sententiam. que particula valet tantum. Coniunctio est ordinans id est per ordinem coniungens: sententiam. i. dictiones vel orationes sententiam facientes scilicet absolute: sic quod vltra actum coniungendi nihil aliud importat et designat. Unde. Coniungere per ordinem est coniungere aliqua que denotantur habere dependentiam ad seinuicem vt si sortes currit sortes mouetur. cursus enim et motus dependent ad seinuicem sicut causa ad effectum quicquid enim currit hoc mouetur et non econuerso. Similiter hic: si asinus volat asinus habet pennas: volare et habere pennas vnum habet respectum et dependentiam ad aliud. Et isto modo coniungunt coniunctiones casuales et rationales Qualiter autem coniungunt coniunctiones expletiue dicetur in argumento quinto. Sequitur correllarie ex dictis quod licet aduerbia localia temporalia etiam coniungunt: quia faciunt propositiones ypoteticas vt dicunt logici. vt vbi sortes currit plato mouetur. que valet istam: in quo loco sortes currit: et in eodem loco plato mouetur. tamen non sunt coniunctiones: quia coniunctio coniungit absolute: sed aduerbia localia et temporalia vltra actum coniungendi important aliquod aliud. quia determinant verba aut ratione loci: aut temporis. vt dictum est in capitulo de aduerbio.

Notandum tercio: quod hec coniunctio que in diffinitione

non debet capi copulatiue pro et: nulla enim est coniunctio que coniungit tam per vim quam per ordinem. Sed debet capi pro vel: sepius enim in scripturis capitur et pro vel: vt enim ostendit thomas. ij. phisicorum in diffinitione nature et capitur pro vel cum dicitur. Natura est principium mouendi et quiescendi: non

em̄ in om̄ibus rebus natura est ꝓ̄ncipiū mouendi:q2 in terra non.Dicit
em̄ cōmentator scd̄o celi.Si om̄es dij descenderūt terram mouere nō
possunt.Nec etiā natura est principiū quiescendi in oībus.quia in celo
non.Dicit em̄.ix.metaph.Nō est timendū ꝙ celū stet.Sic ⁊ in ꝓposito
q̄z capit ꝓ vel:vt diffinitio valebit tm̄ cōiunctio cōiungit per vim aut ꝑ
ordinem.Nō tamē debet capi vel hic disiūctiue.alias em̄ diffinitio con
strueret vnam ypotetica falsam cū diffinito.q2 valeret tm̄ omnis coniū
ctio cōiungit per vim.vel om̄is cōiunctio ꝯiungit per ordinē que tota
disiunctiua est falsa:quia ambe eius ꝑtes sunt false. Sed d3 capi vel dis
iunctim vt facit vnam kathegoricā de disiuncto predicato ⁊ sic valebit
tantū:om̄is cōiunctio cōiungit per vim vel per ordinē. ¶ Et est cōiun-
ctio inuenta scd̄m intentionē prisciani se decimo maioris tribus de cau
sis.Primo vt duo casualia cum eodē verbo cōstrui possent.vt ioānes ⁊
petrus currūt.Scd̄o vt ecōuerso duo verba vniri ⁊ cōiungi possent vni
casuali.vt ioānes legit et currit.Tercio vt illa que ꝑ se vniri et cōiungi
non possunt:vt desperata:cōiungerent per cōiunctionē. vt homo ⁊ asi
nus.Quarto ideo potest adiungi:ꝓpter facere ꝓpositiōes ypoteticas
et diuersas kathegoricas de copularis cōditionatis ⁊ disiunctis extre-
mis que sine cōiunctionibus fieri non possunt.

Notandū quarto ⁊ vltimo:ꝙ cōiunctio

nis modus significādi scd̄3 autorē modoꝝ significādi est iste.Cōiunctio
est pars orōnis significās ꝑ modū cōiungentis duo extrema. Cōiunctio
em̄ vt dictū est:est inuēta ꝓpter hoc vt ea cōiungeret q̄ per se vnibilia
nō sunt:vt desperata:recte ergo dicit ꝙ modus ꝟcandi cōiunctionis ē
cōiungere duo extrema.Sciēdū aūt:vt dictū est ꝓ̄us superius:ꝙ om̄is
modus ꝟcandi in grāmatica si nō est fictus:oportet ꝙ sumat ab aliq̄ mo-
do essendi in natura:et ab aliqua ꝓꝓ̄etate reali:oportet ergo ꝙ modus
significādi ꝯiunctiōis ꝓportionet alicui modo essendi in natura.In na
tura aūt reperitur diuersitas in vnibilibus:aliqua em̄ sunt que vniūtur
seipsis sine medio intrinseco.vt materia ⁊ forma.sil'r actus et potentia.
Inter em̄ vnionē materie ⁊ forme:simil'r actus ⁊ potentie nō cadit me
dium intrinsecū vt declarat.ix.metaph.et scd̄o de aīa.Dicit enim ari-
stotelis ꝙ non oportet querere mediū quare ex corꝑe ⁊ aīa fit vnū:si-
cut non oportet q̄rere causam quare ex sigillo ⁊ cera.fit vnū.ratio huius
